IOANNIS PLANERII QVINTIANI BRIXIENSIS ARTIVM, ET MEDICINAE DOCTORIS.

1 Dubitationum, & Solutionum in III. Galeni de diebus criticis liber vnus: in quo cùm veterum, tùm recentium de crisium causis opiniones examinantur.

Eiusdem.

2 In eundem tertium Galeni de diebus Criticis Scholia.

Eiusdem.

3 Consilium Viennæ factum in curatione morbi gallici.

Eiusdem.

4 Consilium Brixiæ factum in curatione difficultatis vrinandi.

Eiusdem.

5 Collegia nonnulla ad varios morbos Viennæ habita.

Cum  *Priuilegio.*

VENETIIS, Apud Iacobum Vitalem. 1574.

Scriptores, in quorum scriptis author dubitat, & soluit, Hi sunt.

Hieronymus Fracastorius.
Martinus Achachia.
Theodorus Gaza.
Matthæus Curtius.
Ioannes Picus Mirandulanus.
Ioannes Manardus.
Conciliator.
Galenus.

Io=

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
ZACHARIAE DELPHINO
PATRITIO VENETO,
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO.

Ioannes Planerius Quintianus.

QVVM *multæ & variæ sint artes, Cardinalis amplissime, quæ hominem ipsum exornant, & perfectũ reddunt, illa certè quæ in veri inuestigatione versatur, quæq; rerum causas inquirit, & explorat, ita illum absolutum efficit, vt non solum cognoscat, & intelligat, sed etiam dolores, ærumnas, mortem denique ipsam nec timeat, nec sentiat: diuitias vero, honores, dignitates, quàm spernat, & effugiat, nemo est, qui veterum monumenta quandoque legerit, qui ignoret: sunt enim hæc caduca, hominisq; præstantia prorsus indigna. Qui verò rerum causas inuenire conati sunt, tametsi omnes in id plurimum studij contule-*

rint, illi tamen qui Peripatetici nuncupantur: diligentius, & felicius ipsas venati sunt. Ego Cardinalis humanissime dum per aliquot annos philosophiæ, ac medicinæ studijs operam nauarem, incidi in quæstionem illam omnium difficillimam, de causis dierum criticorum, quæ nam scilicet esset causa, cur in morbis, septimus dies, decimus quartus, vigesimus, iudicatorij essent? curq; in his diebus humani corporis natura noxios humores extra corpus expelleret? Cum autem & Galeni, & multorum scripta euoluissem: nihilq; certi ex ijs, aut firmi quicquam elicere potuissem, Astronomorum opinio, quos etiam partim secutus est Galenus, & tutior, & probabilior mihi visa est, propterea eorum etiam decreta clariora, manifestioraq; (quantum in me fuit) reddere conatus sum: an autem quod sperabam præstiterim: aliorum erit iudicium. Præterea recentium quorundam opiniones vt suspectas, ni fallor, ac parum firmas, propterea reijciendas esse indicauimus, qua in re, si quid forte etiam ipse errauerim, qui hæc mea quandoque legerit commentaria, meminerit me hominem esse, & tam facile quàm alios errare posse. vtinam medicinæ candidatis vsum aliquem, & vtilitatem afferamus. Illud certè elaborauimus, vt tertium Galeni de diebus criticis librum, difficilem hactenus, & obscurum, faciliorem, clarioremq; redderemus: vt hac vna in re studiosorum gratiam promereri possimus: Locos etiam quosdam, eo in libro deprauatos, pro arbitrio correximus: antiquam semper, nouamq; translationem intactam, integramq;, vt prius, dereliquimus: vt liberum vnicuique sit, quam maluerit, se-

qui

qui sententiam. In his omnibus si quid profuimus, soli Deo honor semper sit, & gloria. Quoniam autem hæc ex philosophiæ, astronomiæq; fontibus hausta sunt, propterea tibi Cardilis doctißime dicanda duximus: nam te in ijsdem studijs diu versatum Patauina Academia testis est. Age verò & hæc de dierum criticorum causis perscrutatio, cùm iucunda, tùm scitu digna veritatis indagatoribus semper extitit, tibi etiam non ingratam fore existimauimus. Illud autem præterire nec debeo, nec possum, quòd me olim Viennæ, dum orator Pontificius apud Cæsarem esses, tuo hospitio summa humanitate suscepisti, mihiq; in Italiam redeunti viaticum donasti: ob id tibi nunc, & in posterum me debere plurimum fateor. Nunc te obsecrant, obtestanturq́ bonæ omnes artes, vt sibi, quo cœpisti studio, patrocinari pergas.

VENETIIS 1574. *Mense Iunio.*

Impreſſoris errata ſic corrigito.

Folio	Pagi.	Linea	Errata	Lege
3	1	17	apparéant	appareat
13	2	30	quocunquę	quocunque
14	1	23	Socratę	Socrate
19	2	15	reſpondent	reſpondens
19	2	17	coniunctionm	coniunctionem
30	2	21	in ſcriptus	inſcriptus
37	2	27	dicit quę	dicitque
39	1	20	promineent	prępininente
39	2	23	conſtitutione	conſtitutionem
39	2	25	ſpatio	ſtatio
40	2	28	vementiores	vehementiores
43	2	32	lux	lue


IOANNES · PLANERIVS · QVINTIANVS · DOCTOR

IOANNIS PLANERII QVINTIANI BRIXIEN.

Dubitationum in Tertium Galeni de Diebus Criticis. Caput Primum.

HIeronymus Fracaſtorius Veronēſis, vir ætate noſtra præter exactam in re medica cognitionem, in arte etiam poetica, & aſtronomia, adeo clarus euaſit, vt & optimus poeta, optimusque aſtronomus ab eruditis omnibus iudicetur. præſtanti vir ingenio, vt Veronenſem agnoſcas. quantum autem in his artibus excellat, facile teſtantur ea quę nuper in lucem edidit, extat de morbo gallico libellus vnus elegantiſsimis carminibus cōſcriptus, extant & de motu corporum celeſtium libri tres, quibus titulus eſt Homocentrica, extāt & de Sympathia & andipathia rerū liber vnus. & de cōtagione & morbis contagioſis libri tres, extat & libellus alius de cauſis dierum criticorum per ea quę in nobis ſunt; vbi clariſsimus ille vir poſt longam aduerſus Galenum, & Aſtronomos diſputationem, deuenit ad hoc, vt dixerit cauſam dierum criticorum non Lunam ipſam eſſe, Sed humorem melācholicum, an autem rectè ſenſerit nec ne, aliorū erit iudicium: Sed antequam opinionem ſuam probet, prius quaſdam ſuppoſitiones ſibi conſtituit, quas & nos (quò facilius res hęc legētibus clarior, manifeſtiorque fiat) in medium afferemus. Is igitur cap. 6. ſui operis ſic ſcriptum reliquit.

Hieronymi Fracaſtorij laus.

Veronenſium laus.

Fracaſtorij de dierum criticorum cauſa opinio.

¶ Principio illud non ignorandū eſt, duo eſſe quę potiſſimū »
ad eā expulſionē faciūt, quę criſis dicitur, alterū eſt diſplicētia, »

stimulusq; quem corruptus iáq; inimicus humor in membra ingerit.alterum est digestio, hoc est præparatio illa quæ requiritur,si expelli debet, vtrumque enim quum simul conuenit, tum maxime propulsatio humoris corrupti fit, qua propter rectissime Galenus dicebat in patoxysmis & circa morborum status maxime videri crises,in paroxysmo enim stimulus atque irritamentum fit maximum. circa status vero concocta digestaque materia est,accidit tamen quandoque tantum esse irritamentum,vt quanquam nec planè digestus sit humor, foras tamen pellatur,conatu quodam maximo a natura facto ꝙ enim ea vis insit membris , vt nocentia repellat manifestū est, quanquam quo principio & quo pacto id fiat, non ita est manifestum.ergo & quum plus nimio humor exuberat,& quum furenti est similis quasdā ante tempus accidit crises fieri , sed certe eiusmodi non proprie crises sunt,sed violentiæ quædam magis,in quibus nullus dierum nullus naturæ ordo seruatur , De ijs igitur quę crises non propriȩ sunt,sed irregulares quidā impetus,nullus nobis sermo erit,sed de ijs solum quæ propriȩ crises sunt,& causam certam habent, & rationem dierum aliquam. ¶Et in cap.7. sui operis sic etiam scripsit.

Ad hæc & illud quoque constituendum est, rarissime fieri , vt transeunte in humores vitio aliquo , vnus tantū humor corripiatur,nam vt plurimum vel duo vel plures vitium idem concipiunt,aut simul , aut post,quippe ea in massa sanguinis quæ intra venas continetur,confusi commistique sunt & reliqui vocati humores,cholera,flegma,& melancholia,sed ita vt quodā modo actu,quodammodo potentia in ea massa sint, potentia qdem qa ad minimas & indiuisibiles particulas rėdacti sunt, nec mōstrari possunt,hoc quidem flegma,illud cholera , illud melancholia,nisi particulæ vniantur,at actu sunt, quoniam tā & si ad particulas minimas deducti sunt, proprij tamen generis rationem habėnt,igitur propter vicinitatem confusionemque eorum,rarissimè fit vt infectionis causa communis pluribus non fiat.Si enim contagio & putrefactio in causa est, aut liquefactio,aut obstructio,aut aliud id genus,ægre fit, ut uitiū ad vnum tantum se se applicet. Incipientibus autem ijs vi-

tiari

tiari, tum quod córruptum eſt ſecernitur, quantum fieri poteſt a reliquo quod ſincerus eſt, ita operante natura cui ea vis ineſt, ac tunc actu humor fit, coeuntibus in vnum particulis, ac ſenſibilē humorē conflantibus, per quem modū tādem & expulſio deinde fit, & criſis, modo per vnā, modo per aliam partem, qua magis naturæ commodum eſt. Hæc Fracaſtorius. ” ” ” ” ” ”

¶ Hic diligenter conſiderandum eſt, nunquid hoc verū ſit, rariſſime fieri, vt putreſcente vno humore, alij etiam humores ad putredinem illius humoris nō putreſcant, exēpli gratia putreſcente flaua bile, rariſſime fieri, vt ad putredinē flauæ bilis, alij etiam humores ſimul vel poſt putredinem non concipiant, nam ſi ipſe intelligit, quòd putreſcente flaua bile, alij etiam humores leuiter calefiant, leuiterque afficiantur, & vt ita dixerim, leuem quandam diſpoſitionem ad putredinem ſuſcipiant, hoc certe admittendum eſt, ſi autem ipſe intelligit, ꝙ putreſcente flaua bile alij etiam humores ad illius putredinem ſæpiſsime ſimul vel poſt putreſcant, hoc omnino negandum eſt. Si enim ſæpiſſime hoc accideret, ſequeretur, ꝙ data vna febre, darentur etiam aliæ, ſed certè videmus ſæpe febres iſtas diſtinctas, uidemus enim ſæpe Socratem laborātem ſola tertiana febre, cui nulla alia coniungitur quotidiana, aut quartana. In primo etiam ad Glauconem docet Galenus febres ipſas ſimplices & diſtinctas, atque etiam ipſarum curationes. Præterea ſi per te putreſcente cholera rariſſime accideret, ꝙ ad putredinē cholerę alij etiā humores nō putreſcerēt, ſequeretur, ꝙ rariſsimè etiam darentur morbi ſimplices, quod certè aduerſari videtur Galeno, qui nos docet vt exerceamur in cognitione morborū ſimplicium, mox compoſitorū, Galeni verba primo de morborum differentijs in fine hęc ſunt. ¶ Si enim ſimplices morbos omnes cognoueris, deinde quo pacto inter ſe componantur didiceris ſatis idoneus eris qui in reliquis particulatim te exerceas. ¶ Et 2. de morborum cauſis cap. 6. vbi Galenus agit de generatione apoſtematis, eius verba hęc ſunt, ¶ Nōnunquàm horum humorum ſinguli influunt ſinceri, non nunquam ſibinuicem miſti. ¶ Et paulo poſt ſubnectit. ” ” ” ” ” ”

¶ Differunt autem inter ſe ſe tum hi tum omnes alij quos ”

 prædixi-

prædiximus, quod alius ex pituita, alius ex sanguine, alius ex flaua bile, alius ex atra, alius ex alio quodam humore, qui non omnino à naturali habitu deciderit, ortum habet.¶ Et. 2. de crisibus cap. 2. eius verba hæc sunt, ¶ Oportet itaque in omnibus simplicibus dispositionibus exercitari, vt has singulas seorsum, & iam perfectas prompte noscamus. ¶ Et paulo infra. ¶ Simplicem igitur morborum singulorum dispositionē primo ipsam per seipsam cognoscere studeas, ac circa hoc te exerceas.¶ Et cap. 7. vbi Galenus agit de febrium complicatione. ¶ Oportet enim ipsum ad hoc exercitari, vt simplicem febris speciem agnoscat, atque ita deinceps ad cōpositas transgredi. ¶ Et paulo infra.

¶ Sed in his omnibus mistionibus dignoscendis exercitari oportet quādo iam exquisitè omnes earum formas simplices tenuerimus.¶ Etiā infra cap. 9.¶ Oportet exercitari, ut exquisitè noscamus omnes simplices dispositiones. ¶ Etiam infra. ¶ Quas febres si quispiam studuerit exquisitè dignoscere singulas seorsum ac solas, non iam amplius difficulter earum mistiones inueniet.¶ Etiam infra. cap. xj.

¶ Vel enim simplex est febris, vel cōposita, vel cum loco patiente, vel ephemera, vel hectica.¶ Etiā infra cap. 12.¶ Ex morbi quidem forma, ad has tres simplices, & primas febres inspiciens, ad eam scilicet quæ ex pituita, & atra bile, & amara generatur, primū igitur in his dignoscendis exercearis, quæ exquisitæ sunt, atque legitimæ, sic enim aliquando poteris etiā compositas inuenire. Hæc Gallenus.

Euasio. ¶ Sed diceret fortasse ipse, febres quas Galenus simplices appellat, non esse omnino simplices, nec ab vno simplici dependere humore, quum & in his aliorum etiam humorum putredo aliqua (licet non appareat) existat: & propterea nec febres simplices nec morbos simplices appellandos esse.

Impugnatio. ¶ Sed contra. 2. de crisibus cap. 12. morbum simplicem appellat Galenus non solum quando solus, & simplex exuberat, peccatque humor, sed etiam quando alterius quàm principaliter peccantis humoris putredo non apparuerit. Galeni verba ibi hæc sunt.

¶ Omnes igitur quæ in particula aliqua febres accendun-

tur,

tur, vnum aliquem ex dictis simplicem, vel compositum habebunt characterem, simplicem quidē quando sufficienter præualuerit vnus aliquis ex humoribus dictis, non simplicem verò quando alterius commisti potentia apparuerit, nōnunquā autem non solum apparet, sed æqualiter dominatur.

¶ Erit igitur etiam morbus simplex secundum Galenū, & sensum, si commisti alterius humoris potentia nō apparuerit.

¶ Cæterum non vt medicus, sed vt philosophus posset fortassis Fracastorius defendi, nam morbus simplex secundum Galenum & medicos, est morbus simplex secundum sensum, & secundum quid, non tamen simplex simpliciter & in se, vna enim & eadem res numero à diuersis artificibus considerata, diuersas etiam sortitur denominationes, & propterea nō valet, est morbus simplex secundum Galenum & medicos, ergo simplex simpliciter, tunc enim neganda esset ista sequela, imò ex natura rei, erit morbus compositus, quū ex alijs etiā (licet ob putredinis paucitatem non appareat) dependeat humoribus: morbus enim ratione sui (non propterea quòd medicus ipsum cognoscat, vel non cognoscat) erit simplex, vel compositus: nam in lib. de interpretatione dixit Aristoteles ex eo ꝙ res est, vel non est, oratio dicitur esse vera, vel falsa. ¶ Hæc dixisse volui propter quosdam, qui Fracastorium nullo modo tueri posse opinati sunt. Cæterum si morbus ille curari debet, eo modo curabitur, quo à medico cognoscetur, neque rectè cognosci, curari ve poterit, nisi ex se, signa, putredinem, morbumque demonstrantia ediderit, neque (vt dixi) inter morbos compositos, sed inter simplices connumerabitur. Sed vnde digressi sumus reuertamur.

¶ Galenum itaque sequentes dicimus, quòd putrescente vno humore, non modo rarissimè, imò sepissimè accidit, quòd alij humores non putrescunt: quamuis enim ea in massa sanguinis quæ intra venas continetur (vt eius vtar verbis) confusi, commistique sint humores, ea tamen non est omnimoda commistio, putrescente igitur vno humore, natura præseruat alios ne putrescant: nam si putrescente cholera non totus humor cholericus qui est in corpore humano Conclusio

putre-

putrescit, sed vna duntaxat pars, reliqua vero pars à natura, ne putrescat, præseruatur (aliter destrueretur mistio, & humani corporis temperies & compositio) quanto magis putrescente vno humore, reliqui à natura, ne putrescant, præseruabuntur. si enim in vno & eodem humore, vbi est maior vnio & cõmistio, non totus corrumpitur, sed vna duntaxat pars, reliqua vero defenditur, quanto magis putrescente exempli gratia, flaua bile, alij qui quoquo modo sunt distincti, à natura ne putrescant, præseruabuntur. Sed videamus quid ipse deinde scripserit eius verba cap. 8. sui operis hæc sunt.

¶ Accidit autem dum corruptos humores natura separat, & actu facit, ita interdum commisceri eos inuicem, vt vnã conficiant formam, vnumque motum dent, ac morbum vnũ, qui rationem dominantis insequitur, vnde choleræ nothæ, & pituitæ nothæ, & melancholiæ nothæ contingunt, à quibus & morbi denominantur nothæ tertianæ, nothæ quotidianæ, nothæ quartanę, sępissime vero non vnam omnes formam conflant, nec vnũ motum dant, nec morbũ vnum, sed plures, vnde & morbi compositi fiunt. Si igitur qui peccat humor simplex & vnus tantum sit, aut plures quidem, sed in formã vnam redacti, tunc nulla dierum criticorum ratio est expectanda, sed paroxysmi soli considerandi sunt, & eorum dies, in flegmate quidem quotidianæ, in cholera tertianæ, in melancholia quartanæ, in quibus cadent quidem suæ crises, sed vt accidit materiã digestam esse, ꝙ certã diem nullã per se habet, propter quod in tertianis quæ puræ sunt, videmus & quintam indifferenter & septimã, & nonam, & in summam omnes impares dare crises, nec Hippocrates aliud in his præcipit attendendum esse quàm dies impares, At vero vbi & plures peccant humores, & non sub formam vnam commisti, sed confusi solum, propriam naturam seruantes, tunc sperare possumus certas dies videre, in quibus crises permultæ fiant, certas in quibus rarissimæ, aliæ medio modo se habentes, quorũ omnium causam & certam rationem habere possumus: ac talis maior est morborum pars, quoniam vti raro est humorem simplicem peccare, ita & plures ad vnam formam conuenire perrarũ est, quare

re in multis morborum aut crises videri possunt certis diebus, »
aut motus saltem humorum. Illud vero interest inter humores »
ꝙ ad eam mistionem conficiendam, quę vnius formæ est, aptis »
simum est flegma, quoniam humidũ liquidumque est, ac be- »
ne miscibile, ineptissima melancholia, quoniam siccior, terre- »
striorq; est, & ad miscendum durior, nihil tamen prohibet & »
flegma seorsum morbum facere, & melancholiam ad vnã for- »
mam venire. Hæc Fracastorius. »

¶ Summa istius octaui capitis hæc est. In morbis simplicibus nullas à medico expectandas esse crises, sed magis in morbis cõpositis. Quod an verum sit, alij iudicent, ego certè oppositã huius cõclusionis partem veriorem esse crediderim, & magis in morbis simplicibus q̃ in compositis crises ipsas à natura fieri, & quotidie à medicis obseruari, ratione probandũ à nobis esse duxi. Quum igitur in morbis simplicibus vnus & simplex peccet humor, vel plures quidem vt (eius vtar verbis) sed in formã vnã redacti, verisimilius est, simplicem ipsum humorem peccantem facilius, & commodius à natura & concoqui, & expelli, (cæteris paribus) quàm si plures essent, atq; ita naturã ipsam minus impediri, minusque defatigari in simplici humore concoquendo & expellendo, q̃ in pluribus, quanto igitur natura minus impeditur; minusque laborat, tanto magis, tantoque validius suũ seruat ordinem, ordo autem & operatio naturæ, est illa cõcoctio & expulsio, quæ crisis est. Quod vt planius fiat, aliquo exemplo est à nobis manifestandũ. Si quis igitur cũ hoste vno dimicet, nõne facilius & cõmodius ipsum superabit, quã si cũ pluribus (cæteris paribus) illi esset pugnãdũ? ita etiã dicendum est de natura, quæ facilius & ordinatius procedit in vno simplici humore concoquendo, & expellẽdo, quã si plures concoquat, & expellat. crisis enim est motus ille ordinatus, & pugna illa quę fit a victrice natura aduersus humorem facientem morbũ. diuersitas aũtem humorũ facit difficultatẽ in concoquendo & expellendo. cæterũ magis in morbis acutis, quorũ febres omnino sunt continuæ, crises ipsæ fiunt. Tertiana exquisita septem periodis terminatur, dixit Hippocrates, terminus ille, est terminus criticus. Remanet igitur (vt opinor)

Vide Hippocratẽ primo de ratione victus in acutis 8.

opinor) veritas, magis in morbis simplicibus, q̃ in cõpositis, crises ipsas à natura fieri, & à medicis debere obseruari: Sed accedamus ad reliqua, quæ ipse scripsit, eius verba cap. 9. hæc sunt.

¶ Plures igitur quum humores in morbis peccant, non autẽ sub forma vna, accidit quidem interdum vt vnusquisque illorum manifestum prodat paroxysmum, cholera quidem tertianarium, flegma quotidianum, melancholia quartanarium, vnde & morbi manifeste compositi fiunt: interdum vero accidit, vt non omnes manifestum dent paroxysmum, sed aliqui illorum latentiorem edant, dico autem latentiorem paroxysmum, non quòd humor non moueatur, sed quod motus ille suboccultus sit, quod nonnullis de causis accidit, sæpe enim qui mouetur humor non multus est, & vix perceptibile est quo exarcebat, sæpe sensim & per moras putrescit, vnde nec horrorem incutit, nec calorem acrem apportat, sæpe & superuenit maiori febri: At vero & quum non paucũ est quod mouetur, & repente inuadit, non sensim & per particulas, nec maiori alteri morbo superuenit, tum manifestum affert paroxysmum, & manifestæ fiunt compositæ pluresque febres, & Hemitrithei; aliæ quidẽ ex cholera, & flegmate, aliæ ex cholera, & melancholia, sed certè non frequenter admodum fit, vt peccantibus pluribus humorum manifestum quisque motum prodat, verum sæpius id videri accidit, vt vnus manifestum edat paroxysmum, alius latentiorem, manifestũ quidem ille, qui principaliter peccat, latentiorem qui non principaliter, sed quasi per sequelam quandam. Ex his ratio omnis criticorum dierum pendet, peccantibus enim humoribus magna ex parte morborum pluribus, & ijs quidem non facientibus formam vnam, vnoquoque autem motũ suum pro natura faciente, cholera quidem per tertias, melancholia per quartas, inde fit, vt quibusdam diebus humores qui peccant, simul omnes commoueantur, quibusdam aliqui solum, quibusdam nulli, quare & dierum accidit quasdã placidissimas in morbis esse, alias acerbiores, alias acerbissimas, placidissimæ illæ sunt, in quibus nulli humores mouentur, quod quidem fieri potest quanquam flegma quotidie motum faciat, ob id quod flegma

ipsum

ipſum vt plurimum formam vnam cum alijs conflat, & illorũ motum conſequitur, acerbiores ſunt dies, in quibus vnus humor mouetur, acerbiſſimæ in quibus omnes, aptiſſimæ igitur dies illæ ſunt ad criſes faciendas, in quibus concurſus fit humorum omnium, acerbiſsimus enim tum paroxyſmus fit, ac ſtimulus, & irritamentum naturæ maximum, quod præcipue ſequi ad agendas criſes dictum eſt ſupra; porrò quoniam nec criſis fit, niſi digeſto præparatoque humore, perfecta autem, abſolutaque digeſtio non eſt, donec quod craſſius eſt, ac ſegnius digeſtum ipſum non ſit, craſſior vero & ſegnior omnibus eſt melancholia, inde fit, vt potiſſimum circa melancholię, & motus, & digeſtiones attendantur criſes, cuius natura (vt mihi videtur) non eſt à multis rectè perſpecta, nam ea ſemper ferè in morbis cum alijs aut principaliter peccat, aut ſubpeccat ſaltẽ, quod plurimum eſt, quæ quoniam vnam cum ijs formam facere inepta eſt, per ſe quidem mouetur, & ſuas periodos ſeruat, interdum quidem manifeſtè, quod tum accidit, quum & multa eſt, & principaliter peccat, ut plurimum autem latentius, quum ſcilicet ſubpeccat ipſa, & putredinem ex alio principio recipit: quibus igitur diebus cum motu aliorum humorum concurrit, acerbiſſimum paroxyſmũ affert, porrò & quoniam criſis non fit, donec & ipſa non ſit digeſta, fit quidem vt e melancholia tota ratio dierum in criſibus præcipuè pendeat per modum quem iam afferemus, cuius rei non ob re fuerit in primis hoc exemplum apponere.

Opinionis Fracaſtorij de dierum criticorũ cã confutatio.

¶ Sed an Fracaſtorius melancholiæ naturam rectius quàm alij perſpectã habuerit, iudicabũt alij, ex eius certè verbis colligitur, melancholiã ipſam facilè putreſcibilem eſſe. ¶ Nam ea ſemper ferè inquit in morbis cũ alijs aut principaliter peccat, aut ſubpeccat ſaltẽ quod plurimũ eſt: ¶ Peccare autem, & ſubpeccare idem intelligit quod putreſcere, & ſubputreſcere, dum inquit. ¶ Quum ſcilicet ſubpeccat ipſa, & putredinem ab alio principio recipit. ¶ Facile igitur ipſa per ſe putreſcit, vel ab alijs putredinem facilè contrahit, quod plurimum eſt. Sed qui fieri poteſt, vt humor tam craſſus, tamque frigidus & ſiccus, per ſe tam facile putreſcat, vel ab alio putredinem

facile concipiat? si enim qũæ sint principia putredinis rectè considerauerimus, videbimus vtique melancholiã ipsam non tam facile putredinem contrahere; clara enim est sententia Aristotelis ĩ 4. Meteorologicorũ in cap. de putredine caliditatẽ & humiditatem esse qualitates ĩducentes putredinem, ergo frigiditas & siccitas sunt qualitates resistentes putredini, causæ enim contrariæ, & oppositæ semper per se producunt effectus contrarios & oppositos, ꝙ autẽ frigiditas, & siccitas sint qualitates resistentes putredini, patet hoc in aceto, quod quum in temperatura sua sit frigidũ & siccum, res ne putrescant maximè præseruat. Melancholia etiã ipsa ratione frigiditatis, & siccitatis minus erit obnoxia putredini, quàm sint alij humores, atque ita syllogismo sic colligemus: omne quod non habet in se qualitates pronas ad putredinẽ illud facile putrescibile non est, Melancholia est huiusmodi, ergo facile putrescibilis nõ est; minorem propositionẽ declaro, quia melancholia in sui temperatura frigida est, & sicca, & dixit Aristoteles caliditatem, & humiditatẽ, non autem frigiditatem, & siccitatem esse qualitates promouentes res ad putredinem: tantũ ergo abest, vt melancholia facilè putrescat; vt nihil magis putredini resistat; nõ negauerim tamen quin & ipsa quandoque putredinem contrahat, quemadmodum & acetũ, sed, vt dixi, difficilius quàm cęteri humores putredini subijcitur.

" ¶ Succeditur autem paulatim veluti lapis aliquis, aut testa, " aut os, aut tale aliquid huiusmodi corpus frigidum siccum. dicit Galenus in 2. de differentijs febrium, in cap. de quartana. Ad rationes assignatas accedit etiam Galeni authoritas, qui in octauo methodi medendi comparans temperamenta parata ad febres inter se, in primo ordine enumerat temperamentum calidum, & siccum, in secundo ordine calidum, & humidum, in tertio ordine frigidum, & humidum, in quarto ordine frigidum, & siccum. Temperamentum ergo frigidũ, & siccum longius distabit à putredine q̃ quodcunque aliud tẽperamentum: ¶ Illud interim dissimulandum non est, quòd in primo de differentijs feb. Galenus in primo ordine enumerauit corpora calida, & humida parata ad febres, promptissimè

Vide clarius Galenum primo de tẽperaturis.

Digressio.

enim

enim inquit putrescunt quæcunque calida,& humida, in octauo autē methodi,in primo ordine cōstituit intēperiem calidā, & siccā,opportunissima inquit ad febres est calida,& sicca.Pro solutione istius dubij dicendū quod in primo de differentijs feb.voluit Galenus in primo ordine corpora calida,& humida magis parata esse ad febres putridas,q̄ corpora calida,& sicca:putredo enim ipsa ex Aristotele magis fundatur in calido, & humido,q̄ in calido,& sicco, & propterea dicit Galenus in primo de differentijs feb. prōptissime putrescunt quæcunque calida, & humida:in octauo autē methodi voluit Galenus in primo ordine corpora calida, & sicca magis parata esse ad febres ephemeras,vel Hecticas,quam calida,& humida.Secunda solutio quæ potest dari,& melior,est ista,quod corpora calida, & sicca sunt magis parata ad febrem simpliciter, q̄ corpora calida & humida, quoniam febris,vt febris,est intemperies calida, & sicca, vt est sententia Galeni in commento illius Aphorismi.¶ Victus humidus omnibus febricitantibus confert.

Corpora igitur calida,& sicca,propter sympathiam, & conuenientiam quā habent cum febre simpliciter,facilius transeūt in ipsam,q̄ corpora calida,& humida, dixi febrem simpliciter, considerando ipsam,vt genus est ad Ephemeram, putridā, & Hecticam,& hæc secunda solutio mihi magis arridet,q̄ prima, à Galeno autem in locis superius à me citatis desumpsit Auicenna ī prima 4.tractatu primo cap.2.vbi agit de præparatis ad febres.Sed longius fortassis q̄ putaram, euagati sumus. Ad nostrum itaque institutū reuertamur.¶ Ad hęc igitur respondens Fracastorius negabat meam sequelam (fui enim Veronæ & hæc quæ scripseram illi ostendi,& hanc materiā cū ipso disputaui.) Quando igitur ita argumentabar, Melancholia per se ferè semper in morbis cum alijs aut principaliter peccat,aut subpeccat,saltem quod plurimū est: ergo melancholia facile putrescibilis est,nego inquit ipse istam sequelam, quoniam melancholia non ex se,sed accessorie, & ad putredinem aliorum humorum à quibus ipsam contrahit,putrescit, ¶ Sed contra, melancholia per se ferè semper in morbis,non ex se,sed accessoriè,& ad putredinem aliorum humorum à quibus ipsam contrahit,

Fracastorii responsio.

Responsionis impugnatio.

putrescit; ergo melancholia facile putrescit: quoniam ipsa non potest ferè semper in morbis ad putredinem aliorum humorum putrescere, nisi in natura sua sit facilis ad putredinem, & habeat principia, & causas pronas ad putredinem, hoc est, minus resistentes causis vel extrinsecis, vel intrinsecis inducentibus putredinem, sed principia & causæ melancholiæ sunt frigiditas, & siccitas, quæ non modo non sunt faciles ad putredinem, sed etiam sunt qualitates maximè resistentes putredini, & propterea quando dicis, quòd melancholia ferè semper in morbis non ex se, sed accessorie, & per accidens, hoc est ad putredinem aliorum humorum putrescit, propter hoc non tollitur, quin melancholia facile putrescibilis sit, quoniam ipsa non potest ferè semper in morbis ad putredinem aliorum humorum putrescere, nisi propter facilem sui naturam putrescendi, nam in Prædicamentis dixit Aristoteles.

* Salubres. ¶ * Sanatiui autem dicuntur eo quòd habeant potentiam
" naturalem vt nihil à quibuslibet accidẽtibus patiãtur. *Aegro-
" tatiui vero, quòd habeant impotentiam nihil patiendi: Me-
* Insalubres. " lancholia etiam per te, quia in omnibus ferè morbis ad putredinem aliorum humorum putrescit, habebit impotentiam nihil patiendi, & erit impotens resistendi aliorum humorum putredini, & propterea putrefactiua, seu facile putrescibilis nuncupabitur; quod certè absurdum est.

¶ Iamuero si per te, neque sanguis cum cholera, neque cholera cum sanguine, sed sanguis cum melancholia, & cholera, vel pituita cum melancholia facit crisim: sequitur melãcholiam ipsam omnibus humoribus putrescibiliorem esse, quum crisis non fiat sine accessione, neque accessio, quæ cum crisi est, absque putredine existat. Loquor enim nunc de crisi, quæ in morbis acutis fit, quorum febres omnino sunt continuæ, vt voluit Hippocrates primo de ratione victus in acutis. 8. Quum igitur per te, nullus solus humor per se, sed cum melancholia crisim faciat, sequitur melancholiam inter humores putrescibiliorem esse: si enim ipsa debet esse causa potissima, vel materialis, vel efficiens crises, opus est, vt facilius

lius

ſius quàm cæteri humores putreſcat, & acceſſiones edat, in acceſſionibus enim & circa morborum ſtatus maximè ſpectantur criſes.

¶ Præterea dicit ipſe quòd melancholia ferè ſemper in morbis cum alijs aut principaliter peccat, aut ſubpeccat ſaltem quod plurimum eſt; quoniam vt plurimum putredine ab alijs hummoribus recipit & ſic tenet ipſe, quòd ferè ſemper in morbis, putreſcentibus alijs humoribus eorum etiam putredo in melancholiam ipſam pertranſeat. concelſo hoc, ergo per oppoſitum, putreſcente melancholia, alij etiam humores ſimul cum illa ſemper, multumque putreſcent, & multo facilius putredinem ab ipſa, quàm illa ab ipſis concipient, ex Galeno in primo de differentijs febrium. cuius verba hæc ſunt.

¶ Facillime ergo calor ex humoribus ad ſpiritum tranſmeat, minus verò prompte humores a ſpiritu accenduntur, atque etiam ſolidum corpus promptius tribuit calorem humoribus, aeriæque ſubſtantiæ quàm ipſum ab illis accipiat: omnis enim ſubſtantia tenuis facilius, quàm craſſa alterantur, tenuiſſimus autem aer, craſiſſima autem corpora ſolida ſunt, humores medio genere ambigunt. Hæc Galenus.

¶ Quemadmodum igitur calor ex hūmoribus ad ſpiritum facillimè tranſmeat, & non econtrà, & quemadmodum etiam ſolidum corpus promptius tribuit calorem humoribus, aeriæque ſubſtantiæ, quàm ipſum ab illis accipiat, propterea quòd omnis ſubſtantia tenuis facilius quàm craſſa alteratur, à ſimili etiam ego dicam de melancholia, quæ quoniam in natura ſua frigida, craſſa, ac denſa eſt, veluti lapis aliquis, aut teſta, aut os, difficilius accendetur: ſed accenſa promptius tribuet calorem reliquis humoribus, q̃ ipſa ab illis accipiat, quoniam omnis ſubſtantia tenuis facilius q̃ craſſa alteratur; & propterea pureſcentē melancholia reliqui etiam humores ſimul cum illa ſemper, multumque putreſcerēt, & quū fieret febris, quartana, fieret etiā tertiana, quotidiana, & ſanguinea, (Secundum tenētes dari febrem ex putredi-


tredine sanguinis) nullaque vnquã daretur quartana, quin cũ illa coniungeretur sanguinea, cholerica, & quotidiana, quod tamẽ est falsum, videmus enim multas quartanas simplices (ea simplicitate quæ per naturam poßibilis est reperiri, in quibus insignis aliorũ humorũ q̃ atre bilis putredo non appareat) simplicium quartanarũ naturã seruantes quibus nulla alia coniuncta est febris. ¶ Ratio igitur formalis ipsarũ crisium secundum Fracastorium est duorũ vel trium humorũ in putredine & motu concursus, quando scilicet paroxysmi duorum vel trium humorum in vno eodemque tẽpore simul concurrunt, hoc est, quũ melancholiæ paroxysmus cum flauæ bilis, vel alterius humoris paroxysmo (concocta tamẽ materia) simul inuadit. Quibus
» igitur inquit diebus melancholia cum motu aliorum humorũ
» cõcurrit, acerbißimũ paroxysmũ affert. In omnibus igitur morbis in quibus apparet crisis secundum Fracastoriũ, semper melancholiæ paroxysmi cum flauæ bilis, vel alterius humoris paroxysmis, concocta tamen materia, concurrunt: an autem hoc verum sit, nec ne, inferius clarius manifestabitur, adducit itaque exemplum vnum in eodem cap. 9. quod tale est.

» ¶ Sit enim inquit qui principaliter humor peccat cholera,
» non quidem pura, sed commista, cõmista autem cum flegmate
» quidem sub forma vna, cum melancholia vero vicinitate sola
» & confusione, subpeccet autem melancholia, ac non multa,
» nec valde crassa, sed subtilior & in summa quæ cito terminum
» dare poßit, igitur putrescente cholera simul quidem & eadem
» die computrescet & melancholia, morosusque satis erit paro-
» xysmus ille primus (vt pote duorum humorum) Secunda autẽ
» dies quietißima redibit, in qua nullus humorum motus fiet,
» at tertia paroxismum choleræ quidem sentiet, crisim tum non
» faciet, tũ quia stimulus nondum maximus, tum quia totũ non
» dum digestum est, quarta autem dies motum habebit melan-
» cholię, sed latentiorem, quia non multum est quod tunc moue
» tur de melancholia partim quidem quia subpeccabat solum,
» partim quia putrefactio eius quodammodo pendet à cholera,
» qua cessante in die quarta, aliquem quidem motũ dat melan-
» cholia ob concepta putrefactionis semina, sed paruũ & laten-

tem,

tem, quoniã origo & fomes putrefactionis quiescit, quinta verò choleræ motũ videbit, sexta nullius, at vero septima acerbissimum omnium paroxysmum apportabit, concurrentibus simul humoribus qui peccabant omnibus, ac largius melancholia, quoniam ex alterius contagione & impulsu non parũ motionis recipit, qua die, quoniam & digesta est melancholia, fuerat enim subtilis & pauca nata cito terminum recipere, continget etiam crisis, stimulus enim acerbissimus in ea fit, & totum digestũ est, in alijs aũt diebus, aut stimulus absuit, aut digestio.

motus coleræ



Et in cap. x. sui operis sic etiam scripsit.

Sed de his latentioribus paroxysmis operęprętium est non nullá dicere, nã quæ rant fortasse aliqui nunquid latentes hosce melancholiæ motus effinxerimus nos, an etiam perspexerimus in morbis, si enim perspeximus, cur & alij non perspexere. non Hippocrates, non Galenus, & alij, si verò non perspeximus, quid effingi oportet quæ non sunt? si enim essent, viderentur vtiq;. Ad quos dicimus non effingere nos eos motus, sed in morbis esse, & videri si diligenter quis animaduertat, nec profecto dicere possem quotiens non solũ ego conspexerim, sed & alios etiã medicos sensisse, viderim, admiratos dies illas quas quietissimas expectabant, redijsse tamen inquietas morosas, ægrumque iactari & conqueri, nescientes vnde hæc contigissent. Interdum vidi & medicos alios ꝙ quartarios quosdam motus in certis morbis percepissent, dubitasse ne febris in quartanam desineret, quum tamen ne quartana subsecuta fuisset, & ægritudo suo tempore absoluta. ego verò qui prius motus hosce considerassem, nullum horum timebam, aut mirabar. quin sæpe monui dies quas illi quietissimas expectassent, morosiores esse futuras, quare & Hippocratem & Galenum & alios vidisse eosdem motus existimo, sed sors ita tulit, vt ad causam nõ animaduerterint. nam quid aliud monstrant dies illi qui indicatiui dicuntur, qui omnes quarti sunt à die in qua crisis perfe-

cta


» cta futura est, quid aliud indicat totus progressus crisium, qui
» non per septenarias, sed per quartanarias periodos pergit,
» quarū duæ septenariū vnū faciunt. Hippocrates quoque quasi
» rem isthanc innuere videtur mihi, quū dicit quartanarios mo-
» tus in morbis spectandos esse. sed necessarium non est fortas-
» se plura hac in re adducere, quum ab vno quoque spectari pos-
» sit, ꝙ si medici omnes facient, & rem ita esse videbunt, & ma-
» gnum quoddam principium ad multa nacti erunt, & multa si-
» mul desinent & admirari & timere.

Et in cap. xj. sui operis sic etiam scripsit.

» Sed rursus dubitare omnes iure possint quoniam per præ-
» scriptum quidem exemplum monstrari fortasse potest, quo-
» modo & quarta & septima dies criticæ ipsæ sint, at quomodo
» & vndecima, & quartadecima, & vigesima, & vigesima prima
» criticæ sint, demonstrari quidem non potest, nam per assigna-
» tum exemplum melancholiæ motus sunt. 4. 7. 10. 13. 16. 19. 22.
» 25. 28. in quibus nec. xj. nec. 14. nec. 20. nec. 21. nec. 27. locum ha-
" bet. Ergo quo pacto & hi quoq; dies critici sint expediamus.
" Primum autem illud præmittamus melancholiæ modos & cō
» ditiones multiplices esse. Sępe enim pauca est, sæpe multa, in-
» terdum crassior, interdum tenuior, modo tenacior, modo solu
» ta magis, modo calidior, modo frigidior, similiter se habet &
» cholera, ex hac diuersitate fit, vt putrescente cholera, quando-
» que simul & eadem die computrescat & melancholia, modo
» in initio paroxysmi, modo in medio, modo in fine, quod tum
» maximè fit, quum & pauca est, & subtilior, & calidior magis-
» que admista choleræ. tunc enim in ipsam citissime transit infe-
» ctio, interdum non simul & eadem die moueri melancholiam
» accidit, sed secunda solum die, interdum & tertia solum, for-
» tasse autem & quarta solum, in acutis enim morbis prima die
» motus fit vtriusque humoris, acuti namque morbi à tenuiori,
» & pauca, & calidiori materia fiunt, in tardis autē morbis, quos
» cronicos vocant, quoniā crassiorem illi, & multam, & tenacē,
» frigentemque materiam habent, moueri quidem melancho-
» liam accidit non nisi die tertia, & si materia crassissima sit, for-
» tasse non nisi quarta, in mediocribus autem morbis quorum

& ma-

& materia media est quantitate, crassitie, & alijs, die quidem secunda repit in melancholiam putredo, igitur si prima die cum cholera simul & melancholia cõmoueatur, quod in acutis fit morbis, quartanariæ quidem periodi erunt. 4. 7. 10. 13. raro enim ultra hos protenditur status in acutis, si ergo quam acutissima sit ægritudo tum crisis in quarta fieri potest, in his enim materia & paucissima est, & subtilissima, & feruens. Si verò acuta quidem sit ægritudo, sed tamen inter acutas segnior, ad. 13. protendetur eius status, si verò mediocriter acuta sit, ad 7. in medio autem quum sit, qui mediocriter acutus est morbus, media autem sæpius q̃ extrema contingant, inde fit, vt in genere acutorum dies septima maximè critica sit, rarius enim est, morbũ quã acutissimum esse, rarius quoque si acutus est, vt ad. 13. perducat statum, si tamen quandoque ad. 13. prorogetur crisis, totus dierum progressus ita se habet, prima quidem dies tristis est, & inæqualis, duos enim habet motus, secunda placidior redit, si non duplex sit febris, tertia motũ choleræ sentit, quarta melancholiæ, sed latentẽ, at morosum tamen, quinta choleræ reuersionẽ videt, sexta mitis pergit, septima valde quidem acerba est, non tamen crisim dat, quoniã non planè digestus est humor, octaua suauior ducitur, nona grauior propter choleræ motum, decima latentem habet melancholiæ motũ, vndecima choleræ manifestum, duodecima placida est, at 13. sæuissima, & crisim etiam affert, quoniam cum irritamento maximo digesta etiam materia est, vt plurimum tamen in his morbis resolutio magis morbi, quàm crisis fit in 13.



Et in cap. 12. sui operis sic etiam scripsit.

Si verò non prima die, sed secunda solum, motum dederit melancholia, quod in mediocribus morbis accidit, tum quartanariæ periodi erunt. 2. 5. 8. 11. 14. 17. 20. Vltra autem rarissimè in mediocribus producitur status. critici autẽ sunt 11. 14. 17. & 20. sed vndecimus criticus quidem est, si in hoc genere materia non multa sit, & acutis proxima, si verò in eodem genere

 craſ-

Et in cap.13. sui operis sic etiam scripsit.

» Ex his omnia illa monstrari possunt, quæ circa crises spectã- tur, ac primum illud, cur tã 20. quàm 21. critici dies sint, in quo tantum Galenus laborat, mensem mirum componit, horas subtrahit, patet enim in mediocribus morbis. 20. in cronicis 21. diem criticam esse, vtra autem critica magis sit, difficile cer- tè est iudicare, casu enim fieri potest, vt aliqui plures in 20. ali- qui plures in 21. crises perspiciant, propter quod Archigenes magis. 21. amauit. Hippocrates verò. 20. magis. Illud quoq; per spicuũ esse potest, cur dierum alij præstent principatu, alij sint principatu minores, & cur alij critici sint, alij non, alij medio modo se habeãt. Ergo inter omnes maximè criticus dicebatur septimus, quod iccirco fit, quoniã maxima crisiũ pars in acu- tis fit morbis, in ijs & stimulus ingens fit, & materia subtilis est, & bene mobilis.

¶ Et quę sequũtur, neque enim omnia Fracastorij verba de scribenda esse duxi, vereor etiã ne candido lectori in his quæ posuimus molestiam pepererimus. Cæterum quum non om nes Fracastoriũ habeant, propterea (ne quid candido lectori deesset) multa illius viri verba, quæ necessaria putabamus, ap- posuimus, tu itaque boni consule si longiores fuimus.

¶ Hic tria sunt à nobis diligenter consideranda. Primũ est, an detur melancholia ista tam calida, subtilis, & mobilis, sicu- ti ipse opinatus est, Secundum in ordine considerandum est, an in ipsam melancholiã flauę bilis citissimè transeat infectio. Tertium & vltimum examinandum est, an melancholia ista ita cito possit concoqui, vt vnà cum flaua bile morbũ in quar- tam & septimam per crisim terminet.

Primum. Secũdum. Tertium.

¶ Circa primum, si per calidam, & subtilem, ipse intelli- git minus frigidam, & minus crassam, alia eiusdem generis melancholia, hoc concedendum est, ergo calida & subtilis simpliciter, tũc negãda est ista sequela, quoniã illud qđ est tale in respectu, nõ tamẽ est tale simpliciter, & absolutè, & propte rea melancholia ista quamuis in respectu sit calida, & subtilis, in natura tamen sua non solũ erit frigida, crassa, & dẽsa sed ẽt

erit frigidior,craſſior,& dẽſior quacunque alia frigidiori,craſſiori,& dẽſiori flaua bile, atra enim iſta bilis ſit quãtum uis elaborata, quia tamen terreſtris adhuc eſt, in ea fieri non poterit tanta attenuatio, & ſubtiliatio, hoc enim repugnaret naturæ ſuæ,& ſi ad tantam caliditatem,& ſubtilitatem deducta fuerit, tunc non erit melancholia, ſed exuet formam melancholiæ, & induet aliam formam, quoniã forma melancholiæ non ſtat cúm tanta caliditate,& ſubtilitate. Melancholia igitur iſta & ſi ſit calida,& ſubtilis, reſpectu alterius eiuſdem generis melancholiæ, erit tamen frigida,craſſa,& denſa ſimpliciter, & abſolute,hoc eſt in natura ſua:Hæc & Fracaſtorium, & vnumquéque de re medica bene meritum conceſſurum opinamur: ſi quis autem aliter ſenſerit, ipſum in fallaciam, quæ eſt ſecundum quid, ad ſimpliciter cadere neceſſe erit: Quum igitur hactenus iam concluſum ſit,ꝙ melancholia iſta ita calida, & ſubtilis reſpectu alterius eiuſdem generis melancholiæ, in natura tamen ſua ſit frigida,craſſa,& denſa, Sequitur Secundũ membrum,ꝙ in ipſam non citiſſimè,ſed tardiſſimè flauæ bilis tranſibit infectio,minus tamen tardè quàm in aliam craſſiorẽ melancholiam,quod enim frigidum, craſſum, ac denſum eſt, id difficile accenditur,& inficitur, & quanto frigidius, craſſius, ac denſius illud fuerit,tantò difficilius accendetur, atque inficietur:omnis enim ſubſtantia frigida, & craſſa difficilius q̃ tenuis alteratur,melancholia enim ipſa, quæcunque illa fuerit, » ex Galenó loco ſuperius citato, ¶ Succenditur paulatim vel u » ti lapis aliquis,aut teſta,aut os, aut tale aliquid huiuſmodi cor » pus frigidum ſiccum.

¶ Quæ paulatim facta ſuccenſio,arguit difficultatem in inflammatione,& infectione,qua difficultate ſtante,ſequitur Tertium membrum,ꝙ melancholia iſta non ita cito poſſit concoqui,vt vnà cum flaua bile morbum in ſeptima m,nedũ in quartam, per criſim terminet:vt ipſe dixit in cap. vndecimo.Sequitur etiam ꝙ putreſcente cholera, ſimul quidem & eadem die non poſſit computreſcere melancholia. Et propterea deſtructo iſto fundamento(vt opinor)ruinoſo, deſtruitũr etiam uniuerſa eius poſitio,& criticorum dierum ratio:Huius igitur erroris,

roris, si modo error est, causa fuit, quoniam credidit ipse posse reperiri melancholiam, ita paucam, calidam, & subtilem, quæ in inflammatione, & putredine posset cum flaua bile concurrere, & morbum non modo in septimam, sed etiam in quartam per crisim terminare; hoc autem (vt opinor) suspectũ est: oporteret enim tunc ut melancholia ista, esset æquè calida, & æquè subtilis, ac ipsa flaua bilis, qđ certè admittẽdũ nõ est.

¶ Ad rationes assignatas accedit etiam Galeni authoritas cuius verba in 2. de prædictione contextu & commento. 46. hæc sunt.

¶ Proprium verò atræ bilis est, vt solutu difficilem commit » tat affectionem, humor enim vt potè crassus, terreusque adeo » infarcit membra quibus cõditus est, vt difficilius excernatur. »

¶ Si igitur atra bilis solutu difficilem committit affectionem, concoctu etiam difficilis erit, quoniam affectio difficilis solutu, prouenit propter difficilem concoctionem; Quamuis igitur melancholia ista sit calida, & subtilis respectu alterius eiusdem generis melancholiæ, quia tamen in natura sua est frigida, crassa, & densa, propterea impossibile erit, vt in quarta, vel in septima sit concocta, & si non fuerit concocta, nõ faciet crisim, propterea ꝙ crisis non fit, nisi materia sit concocta, vt etiã concedit ipse. ¶ Ad hoc diceret fortasse ille, iam constitui materiam melancholicam paucissimam, subtilissimam, feruentemque esse, quæ ratione suæ paucitatis, non modo in septima, sed etiam in quarta poterit esse cõcocta. ¶ Si enim inquit » quam acutissima sit ægritudo tum crisis in quarta fieri potest, » in is enim materia & paucissima est, & subtilissima & feruens. » Euasio.

¶ Sed contra paucissima materia non potest facere paroxysmum nec sensibilem, nec latentem, neque enim quælibet parua portio materiæ potest causare paroxysmum. ex 2. de differentijs feb. si fieri debet paroxysmus necesse est, vt tanta congregetur materia, quæ sit sufficiens ad causandũ paroxysmũ. Impugnatio.

¶ Et si ipse dixerit à paucissima materia causari paroxysmum suboccultum, & latentem: ¶ Tunc paroxysmus ille suboccultus, & latens vel erit sensibilis, vel insensibilis, si sensibilis, paroxysmus sensibilis non potest causari à paucissima materia Respõsio. Cõfutatio.

teria, & si erit insensibilis non considerabitur à medicō, propterea quòd sub sensu non cadet, quum enim medicus artifex sit sensitiuus non iudicat, neque considerat ea, quæ sensum effugiunt.

¶Præterea quum paroxysmus iste per te, sit sub occultus, erit aliquo modo apparens, paroxysmus autē aliquo modo apparens non à paucissima, sed à sufficienti & determinata materiæ quantitate causabitur. ¶Iamuero materia melancholica & si pauca sit, & subtilis, & feruens, quia tamen terrestris adhuc est, ratione naturæ propriæ magis resistit & putredini, & concoctioni q̃ faciat multa materia cholerica, maior enim erit resistentia in illa pauca materia melancholica ratione principij intrinseci, q̃ sit in multa cholera, exempli gratia,

Exemplū. Vntia vna carnis bubulæ difficilius, & in longiori tempore in lebete concoquetur, q̃ libra vna carnis vitulinæ, & vntia vna etiam ferri, vel æris difficilius, q̃ libra vna plumbi colliquabitur: paucitas igitur materiæ melancholicæ non tollit difficulta

Alia ratio. tem putrescendi, & concoquendi. ¶Præterea quum duo isti humores diuersas, & distinctas habeāt formas, in diuersis etiā temporibus putrescent, & concoquentur, & ille qui prius fuerit concoctus, prius etiam à natura expelletur non expectatā alterius humoris cōcoctione, ex Galeno. 2. de differentijs feb, & 2. de crisibus. vbi Galenus agit de febrium complicatione, quæ febres paulatim alia, post aliā recesserunt: quod certè fieri non potuisset, nisi humor prius concoctus, prius etiā à natura fuisset expulsus; non expectata alterius humoris concoctione, Galeni verba. 2. de differentijs feb. hæc sunt.

« ¶Deinde sexta noctis hora aluus biliosum excreuit, ac quidem per vniuersum corpus sudores exhalarant, post quos tota declinatio ferè ad infebricitationē peruenit, neque iam in ambiguo erat quin tota febris tertiana omnino desijsset, sola autem ea quæ ex pituita ortum habebat, remanserat, quæ & ipsa iam remitti incipiebat. ¶Et. 2. de crisibus Galeni etiā verba hæc sunt. ¶ Tunc accessiones ad infebricitationem deuenerunt, atque ita paulatim de longitudine minuentes quieuerunt, primum quidem quæ leuissima era, deinceps quæ ma-

gnitu-

gnitudine secunda erat, & tertia vehementissima inter ipsas, „
quod & ipsum non mediocre fuit indicium, quod statim ab „
initio tres tertianæ extitissent. Hæc Galenus. „

¶ Redeundo itaque ad prius illud exemplum quod Fracastorius posuit, tria in illo exemplo neganda esse censemus. ¶ Primum est, ꝙ putrescente flaua bile simul quidem & eadē die computrescat & melancholia, quamuis enim melancholia ipsa pauca sit, & subtilior, respectu alterius eiusdem generis melancholiæ, quia tamen in natura sua frigida, crassa, ac dēsa est, propterea ratione naturę propriæ, & principij intrinseci resistet flauæ bilis putredini, neque aliquam à bile flaua putredinem concipiet, quemadmodum exemplo de carne bubula, & vitulina, ac de ferro, vel ære, & plūbo superius à nobis ostensum est. flaua igitur bilis & si multa fuerit, & parum etiam pituitæ admistum habuerit, & pauca extiterit melancholia, non tamen, vel certè rarò, vno & eodem tempore putrescent, & expellentur. Primum.

¶ Secundum quod minimè admittēdum existimamus est, ꝙ in tali exemplo septima fiat critica, nam quum flaua bilis principaliter, & in maiori quantitate peccet, si ipsa in tertia, vel in quinta fuerit concocta, in tertia etiam vel in quinta, non in septima fiet crisis, non expectata melancholiæ concoctione: crisis enim semper fit ratione humoris principaliter & in maiori quantitate peccantis, non autem ratione humoris ad putredinem alterius, & in minori quantitate peccantis. Secūdum.

¶ Tertium quod omnino negandum opinamur, est, quòd ad causandam crisim, opus sit naturam multum stimulari, & irritari, imò quò magis irritabitur, eò magis symptomaticè non criticè mouebitur, motusque ille syptomaticus, non criticus nuncupabitur, natura enim non debet stimulari & irritari, sed debet leniter, tanquam è somno, excitari, solus aūt humor principaliter, & in maiori quantitate peccans, sed concoctus, erit idoneus, & sufficiens ad excitandam naturam vt crisim ipsam faciat. Galeni verba. 3. de crisibus cap. x. hæc sunt. ¶ Determinati siquidem sunt, atque or- „ Tertium.
dinati naturæ motus, quum valida fuerit, & materiæ domi- „
natur,

" natur,& proprijs rationibus operatur,indeterminati verò, at-
" que inordinati,atque ideo incogniti quando succumbit.¶ Et
" paulo infra subnectit.¶ Quæ enim in tempore fiunt,hoc est in
" statu,& coctionibus,etiam si nullum adsit irritamentũ, in fer-
" uidis ac magnis morbis videmus accidere, quæcunque verò
" antea disrũpuntur (vocat autem ita Hippocrates omnia quæ
" ante statum ad crisim ruunt)ob aliquod irritamentũ id patiun
" tur; & tanto hæc crisis plus mali habet,q̃ illa quæ fit in statu,
" quanto magis anticipauit.Hęc Galenus.

¶ Si itaque natura multũ stimularetur, atque irritaretur, tunc determinati, atque ordinati non essent naturæ motus, crisis enim est motus naturalis,non violentus, natura certè in crisibus moliendis non aliter operatur,q̃ in corporibus sanis, quum excrementa in eis genita propria expultrice facultate, vti aliena,& minimè familiaria è corpore expellit. ¶ Præterea materia existente concocta,& si sint duo paroxysmi, nullũ potest esse naturæ irritamentum, irritamentum enim non prouenit, nisi ante statum propter cruditatem materiæ, humorũ verò paroxysmorũque concursus non erit necessarius ad hoc vt fiat irritamentum,quũ in crisi non sit necessarium irritamẽ-
Cõclusio. tum. ¶ Ille igitur in septima humorum paroxysmorumque concursus(etiã si materia sit concocta)ac stimulus & irritamẽtũ illud naturæ maximum, quũ violentũ sit, tantũ abest,vt ad agendas crises conducat,vt nihil magis ipsas impediat.

¶ Quod autẽ ipse dicit, se quidem in morbis acutis latentes illos melancholiæ motus & obseruasse,& vidisse, alijs considerandum relinquo, nos cum veteribus nullum melancholiæ genus in morbis acutis moueri existimamus,& propterea motus illos quos ipse vidit, non melancholię, sed naturę potius fuisse arbitramur.¶ Quòd si (ut ipse refert) viderit interdum in quibusdam febricitãtibus ob alicuius alterius humoris putredinem,latentes etiam humoris melancholici motus, non tamen ob id inferre licebat,humorem melancholicum à quo fiebant illi motus, fuisse putrefactum, ratio enim proprij in humoribus periodi, non ab eorum putredine, sed ab eorũ determinata aggregatione in tanto tempore sumenda est, vt

manifestè

manifestè declarat Galenus in fine 2. de differentijs feb. vide mus enim & in lippitudine, & in doloribus capitis, & in plerisque alijs morbis, humorem aliquem periodicè moueri, qui tamen neque in toto corpore, neque in aliqua eius parte à putredine correptus sit. ¶ Humorem autem in ægritudinibus acutis crisim facientem, putridū esse necesse est, valet igitur, fit crisis, ergo ab humore putrido, sed non sequitur, mouetur humor, ergo putrescit. potest enim moueri humor & non putrescere, quemadmodū nos superius ex Gale. declarauimus. ¶ Fortasse ille Galeni authoritates, quas adduxi, nō admittet. Cæterū neq; etiā me Galeni authoritas, sed rationes à Galeno adductæ, & mouent, & vt ita credā, cogunt, atq; demonstrant.

¶ Hæc dixisse volui, nō vt Fracastorio, viro ob senectutē, & doctrinam mihi patri semper charissimo contradicerē: sed vt q̄d pro veritate sentirem, in mediū afferrem: eò aūt libentius hæc scripsimus, ꝙ quum ille adhuc in humanis agat, poterit si quid in eius scriptis adnotauimus, & soluere, & nobis (si libuerit) respondere: id si fecerit, ita nobis gratum erit, vt nihil gratius futurū sit, ea. n. est viri eruditio, & authoritas, vt facilè nr̄as has obiectiones & diluat & soluat. ¶ Andreas Thurinus Pisciensis Pauli III. Pont. Max. medicus, epistolam & ipse nuꝑ in lucē edidit, cuius titulus hic est, ¶ Hippocratis & Galeni defensio aduersus Hieronymum Fracasto. de causis dierū criticorū. ¶ Sed vtinā & ille quod in frōte epistolæ pollicitus est, in eiusdem ꝓgressu nauiter p̄staret, tantū enim abest, vt Hippocratē & Gale. defendat, vt nullus magis eos & deserat, & in maius discrimē trahat. ¶ Quū hęc scriberem, nobis allatū est, Fracastoriū humanis decessisse, viri huius interitus quātū mœroris & lachrymarū mihi attulerit, haud facile dixerim, is si diutius vixisset, sicuti astronomiā, ita & vniuersam medicinā latinis literis illustrasset, Verona eius patria ob singularē eruditionē statuā illi marmoreā queadmodū Plinio & Catullo erigēdā curauit.

Peroratio

Interitus Fracastorij deploratio

Dub. tationum & solutionum in III. Galeni de diebus criticis Cap. 2

INstitutus ordo postulat, vt quid de crisium causa Martinus Achachia Catalaunēsis Vir eruditissimus senserit in mediū affe-

Martini Achachię de crisium causa opinio.

afferamus. Is igitur in primũ Galeni ad Glauconẽ propè finẽ
» libri, sic scriptum reliquit. ¶ Cùm enim luna signum in quo
» ipsa incipiente morbo erat, ex aduerso contuetur, tum radijs,
» tum qualitatibus pugnat, radijs quidem validius, qualitatibus
» impotentius, magno enim radiorum agmine certat, qualita-
» tibus verò ferè semper patientibus, eadem in quadrãgulis lu-
» cta fit, sed qualitatum vehementior, aut enim vtraque, aut
» agentium oppositione in hoc schematismo pugnatur, radio-
» rum verò discordia minor est, vt qui minori copia, q̃ in oppo-
» sito aspectu in signum quo morbus cæpit, ferantur, hac ratio-
» ne languidissimè quadrangulorum media luctantur, quoniã
» paucissimis radijs in se se illidunt.

¶ Et tandem concludendo inquit. ¶ Itaque duplici nomi-
» ne luna in morbis præcipuè acutis, imperium habet, nempè
» lumine, & configurationibus. ¶ Per qualitates, signorum zo-
diaci qualitates, & per configurationes, ipsos etiam lunę aspe
ctus ad solem, & ad signa zodiaci intelligit, dicũt enim Astro
nomi Arietem signum esse calidum, & siccum, Cancrum fri-
gidum, & humidum, Libram calidum, & humidum, Cãcer igi
tur ambabus qualitatibus Arieti aduersabitur, & aspectu qua
drato Arietem intuetur, Libra verò vna tãtum qualitate, & in
aspectu opposito ad arietem constituetur. ¶ Quæ hic à Mar-

Opinionis Martini cõfutatio.

tino dicuntur verissima essent, si omnes ægrotantes luna in cõ
iunctione cum sole existente, in ægritudinem ceciclissent, ac
principium morbi cum principio coitus lunæ coincidisset,
tunc enim cùm luna signũ in quo ipsã incipiente morbo erat,
ex aduerso contueretur, tum radijs, tum qualitatibus (vt eius
vtar verbis) pugnaret, ac magno radiorum agmine certaret.
Quoniam verò indeterminata sunt morborum principia, &
quocunquæ lunæ, mensisque die potest morbus incipere, ob
id rarò eueniet, vt principium morbi cum principio coitus lu-
næ, & quadratus oppositusque morbi aspectus, cum quadra-
to oppositoq; lunæ cum sole aspectu coincidat, quòd si prin-
cipium morbi cum principio coitionis lunę accidat, reliqui de
inceps aspectus nunquam coincident, neque enim tunc qua-
dratus, oppositusque morbi aspectus cum quadrato, opposi-

toqu e

toque lunę cum sole aspectu simul eueniet, propterea ꝙ mensis morbi cum mense coitionis Lunæ non conuenit, mensis enim morbi viginti octo ad summum diebus, mensis verò coitionis lunæ vigintinouem cum dimidio, plus minus (secundũ ꝙ velox vel tarda est) conficitur. Quæ differentia est diei vnius cũ dimidio, per quam mensis coitionis lunæ mensem morbi superat, si igitur tota inter se non sunt æqualia, minus partes erunt inter se æquales, quadratus igitur, oppositusque morbi aspectus, cum quadrato oppositoque lunæ cũ sole aspectu, non eueniet. Sed ad Martinum reuertamur. Prima die Iunij in meridie cadat Socrates in ægritudinem in decima quarta per crisim terminandam, luna in primo gradu arietis, & in oppositione cũ sole existente, tredecim diebus & sexdecim horis ipsa ad primum gradum libræ (qui aspectus respectu principij ęgritudinis oppositus dicitur) perueniet, tuncq; luna signum in quo ipsa incipiente morbo erat, ex aduerso contuetur, nullo tamen vel debili lumine, nulloque radiorum agmine certat, quũ enim coniunctioni propinqua sit, ipsam lumine priuari notissimũ est, causa igitur cur crisis in decima quarta fiat, non est quia luna tũc multo lumine, magnoq; radiorũ agmine, signũ in quo ipsa incipiente morbo erat, ex aduerso contueatur, sed solus aspectus oppositus secundum Astronomos ille est qui crisim in Socratæ ægrotante efficiet, quòd si ad aspectum accedat etiam lumen ipsum, ac radiorum lunæ moltitudo, tũc & citius, & perfectius crisis ipsa exorietur, quoniam lumen non vt principalis causa, sed vt coadiuuans ad effectum producendum, qui crisis est, concurrere, ac simpliciter necessarium non esse, & ratione, & authoritate inferius à nobis demonstrabitur. Hæc & si ex Astronomorum placitis dixerimus, integrum tamen vnicuiq;, erit & Galeni & alterius cuiuscũque opinionem si libuerit, sequi. Siquis igitur Galenum secutus dixerit nõ vigesimam primã, sed vigesimam criticam esse, cum ab Astronomis dissentire necesse erit, & à solo lunæ motu dies criticos non dependere, fateri cogetur, quoniam si à solo lunæ motu, necesse est, vt vigesima prima magis, ꝗ̃ vigesima critica fiat, propterea ꝙ luna tres zodiaci quartas in

Meminit diẹi vigesimæ. quonių̃ tota cõtrouersia est circa vigesimam.

vigesima prima die sæpius, q̃ in vigesima perficit & absoluit; luna enim viginti diebus & duodecim horis plus minus tres zodiaci partes pertransit, ex lunę igitur motu 21. dies sępius, q̃ vigesima critica eueniet, oppositũ tamen voluit Hipppocrates » eo in Aphorismo. ¶ Septenorũ quartus est index octauus, &c.

¶ Vbi vigesimã, non vigesimã primã criticam facit, idẽ etiã voluit Galenus qui in secũdo de diebus criticis asserit omnes ægrotantes de quibus meminit Hippocrates in primo & tertio de morbis popularibus decessisse vel euasisse in vigesima, pręter vnum qui in vigesima prima è vita excessit. ea fuit Deal cis vxor. hoc idem voluit Hippocrates 7. Aphorismorum 38.
» cuius verba hæc sunt. ¶ Destillationes in ventrem superiorẽ
» suppurantur intra viginti dies.

¶ In cuius aphorismi commento Galeni verba hæc sunt,
» ¶ Suppuratur autem magna ex parte in viginti diebus, &
» non vt multi scribunt, in vno & vigesimo, semper enim Hip-
» pocrates diem vigesimum iudicatoriũ facit, nõ vnum & vige-
» simum, quemadmodũ in libris de diebus iudicatorijs ostendi.

¶ Credidit & Picus Hippocratis opinionem fuisse, numeros quosdã quos libenter obseruare natura soleat, criticorũ dierũ cãm esse. Pici verba lib. 3. aduersus Astrologos cap. 16. hæc sunt.
» ¶ Nam Hippocrates quidem nusquã super hoc verbum;
» sed hunc potius ordinẽ retulisse nixus ad numeros, quos libẽ
» ter obseruare natura soleat, id quod Celsus Asclepiadesque
» notarunt. Auicenna quũ meminisset opinionis referentis hęc
» ad lunam, multa inquit in his dictis ambiguitas, tum quæstio-
» nem reiecit, vt cuius ꝑscrutatio ad medicũ non spectaret, quin
» illi potius esset impedimento, valeat igitur Galeni authoritas
» apud nos, vbi decernitur qui dies critici sint, quoq; pacto tra-
» ctãdus æger, cũ vel apparent, vel pręuidentur, nã hoc medici
» officiũ, in qua ꝓfessione præcellentẽ Galenũ vereque diuinũ
» cũ doctorũ cõsensu probamus & admiramur. At cũ causa in-
» uestigatur eorũ dierũ ꝙ altioris hoc opus philosophiæ nõ mo-
» do præiudicij, sed nec maioris testimonij loco sententia fue-
» rit Galeni quando ꝙ Moses ęgyptius, & Auicenna magni viri,
» magnique in medicina Galeni fautores, tradunt plus ramis

ſtientarum reliquarum quàm radicibus ineſit.

¶ Hæc & multa alia de Galeno Picus. Cæterum & hæc de numeris opinio & à Galeno, & à Pico eſt reiecta. Sed audiamusquid ipſe Picus tandem concludat. eius verba hæc ſunt.

¶ Sed hũc per ſeptenariũ progreſſum videmus alibi quoq; in naturæ operibus obſeruatũ, vbi nulla ſuſpicio de lunę motu, vel ſolis, vt in ipſis quoque morborũ periodis, quũ ſicuti ſeptimo die acutæ. ita diuturnæ, vt ſcribit Auicenna, ſæpe ſeptimo menſe, ſeptimo anno, quartodecimo, vigeſimo primo ſolent terminari. Nec probo tamen qui ſuperſtitiosè numeros hic obſeruant, ſed ita naturæ dico curſus impleri plerunque in rebus, non ob conſtellationes ad hæc tempora cõparentes, neque enim reperiuntur, ſed ob occultã proprietatẽ, conditionemque rerũ illarũ quibus ita plerunque vſu venit &c.

¶ Dierũ itaque criticorũ cauſa, ſecundũ Picũ, eſt proprietas occulta, ad quã omnes cãm ignorantes cõfugiunt. ¶ Quoniã verò & Galenũ ꝓfitemur, Galeni etiã opinionem, vt probabiliorem admittendã cenſemus, vel certè dierũ criticorũ cauſa, vt ad rem medicã parũ faciente, neglecta, experientiã ſolã animaduertendã, & à medicis omnibus obſeruãdã arbitramur. *Opinionis Pici reiectio.*

¶ Si quis verò à me quærat cur vigeſima magis, ꝗ̃ vigeſima prima, critica fiat? reſponderem naturã longa ægritudine defeſſam, ad ſtatutũ præſcriptumque terminum peruenire non poſſe: quod nõ ita eſt in ſeptima, & decima quarta, in quibus natura adhuc valida eſt: in vigeſimo autem & non in decimonono & decimooctauo fit criſis: propterea ꝙ natura defatigata quantũ ſibi poſſibile eſt: minus elongatur à vigeſimoprimo qui eſt terminus ſibi præſcriptus. ¶ Si quis etiã hoc ad muſicã referat, nõ iniuria fortaſſe id faciet, nã in numero illo 20. cõſonãtia quædã exiſtit, in 21. autem nulla prorſus reperitur, temperies & ipſa humani corporis in ſymmetria & proportione quadã cõſiſtit, quæ æqualitas ad iuſtitiã nũcupatur, quæq; numeris fortaſſe illis q.b. & muſica ꝓſiſtit, temperies. n. & hęc, harmonia mutaq; cõſonãtia exiſtit, eſt enim inter muſicã, & temperiem certiſſimus ſuboccultusq; concentus. Si itaque humani corporis temperies ex numeris, numero etiã illo 20. quo & *Opinionis proprię prima ratio.* *Secunda Ratio.*

muſica

musica persisteret, in illo etiam fortior, robustiorque redderetur, tuncque natura quæ in temperiē fundata est, pugnam cū morbo faceret, ac crisim ederet, nō q numerus ille vigesimus, vt numerus (in quo multi decepti sunt, nisi fortasse & ego decipiar) crisim efficiat, sed quum morbus ad talem numerum vt ad terminum sibi præscriptum, peruenerit, humani corporis natura crisim producat, quod & Hippocratē voluisse testatus est Picus quum inquit. ¶ Nam Hippocrates quidem nusquam super hoc verbum, sed hunc potius ordinem retulisse nixus ad numeros quos libenter obseruare natura soleat, id quod Celsus, Asclepiadesque notarunt.

¶ Natura igitur hos numeros libenter obseruat, propterea quòd temperies seu complexio ex eisdem etiam constat, temperies enim est ipsius naturæ subiectum, & instrumentum.

Tertia ratio.

¶ Est & alia ratio, quam veriorem esse existimamus, & est, quoniam natura in motu suo sequitur motum corporum cœlestium. Solis præsertim & lunæ, quemadmodum enim natura humana dependet à natura celesti, ita etiam motus naturæ humanæ dependet à motu naturæ cœlestis, nam intelligentię omnes mouent suos orbes & spheras motu circulari, natura etiam humana mouet corpus humanum & humores ad similitudinem & imitationem intelligentiarum.

Rationis Tertiæ deductio & explanatio.

¶ Quum itaque sol in motu suo à primo gradu Capricorni ad cancrum, in ipso Cancro solstitium estiuum constituat, ita etiam luna à coniunctione ad oppositionem tendens, in ipsa oppositione statum suum habeat, qui quidem status est finis vnius, & pincipium alterius. Similiter etiam dicēdum est, de natura humana, quæ in morbo ita procedit, vt à principio morbi ad 14. diē progrediendo in ipso 14. die statū & ipsa suū habet, nā 14. dies est status in motu naturæ, motus enim eius est motus ad imitationē corporum superiorū, siue enim ipsa corpus humanū, & humores moueat, siue à natura celesti moueatur, semper & mouet, & mouetur, dies igitur 14. est status ratione reuolutionis motus naturæ, non status morbi, neque enim coincidunt.

¶ Quamuis autē in motu circulari ratione qua motus circula-

cularis est, nullus reperiatur status, quia tamen in tali motu ascensus & descensus, ac reuolutio quædã existit, vt in sole in Capricorno, & Cancro, in luna verò in coniũctione & oppositione, propterea statũ ibi dicimus esse, nõ ꝙ sol, vel luna stet, sed ratione nostri & stare & reuolui dicuntur.

¶Si etiã lunæ oppositionẽ considerauerimus, cuius motũ acuti morbi insequuntur, in illo diametrali transitu, non solũ ratione nostri, sed ratione etiam sui ipsius lunam & stare & reuolui dicemus. Qualis verò est relatio lunæ in oppositione ad Solis coniũctionem, talis est naturæ in decimo quarto die ad morbi principium.

¶Cùm itaque status sit finis vnius, & principiũ alterius, ꝓpterea in motu naturę decimus quartus dies finis erit secũdæ septimanæ, & principiũ tertiæ, & ita vigesimus dies criticus, non vigesimus primus efficietur. 8. Phy. 61. ¶Ex his quæ diximus nõ propterea sequitur principiũ morbi cũ principio coitionis lunæ cũ sole necessario coincidere debere, nã sicuti ille lunæ mensis, ita iste naturæ mensis nũcupabitur, & quemadmodũ luna in quartis & septimis sui mensis, magnas in hæc corruptibilia facit alterationes, ita etiam natura humana in morbis in quartis & septimis sui mensis magnas facit commotiones.

¶Quarta ratio, quã certiorẽ adhuc opinamur, hæc est: ꝙ 4. Ratio. materia illa peccans causans morbũ à luna, & à natura in septimo & decimo quarto die mota, & ob id subtilior, rarior, & leuior facta, facilius postea, & citius ab ipsa luna & à natura antequã tertiũ quadratũ perficiat, & absoluat, mouebitur, & agitabitur, qua agitatione facta, natura irritata insurget ad expulsionẽ materiæ: facilius enim luna in secũdo q̃ in primo, & multo facilius & citius in tertio, q̃ in secundo quadrato, mouebit & agitabit materiam peccantem. Quæcunque enim coelo continẽtur à luna in quadratis & diametris stationibus mouentur, & alterantur, maior igitur subtilitas, maiorq́ue materiæ mobilitas causa est, vt luna citius & velocius ipsam materiam peccantem moueat, & propterea vigesimus dies potius q̃ 21. criticus eueniet. Quod vt planius fiat aliquo exẽplo est à nobis manifestandũ. Si quis igitur parietem ter ariete percusserit,

ſerit,non ne tertio facilius,q̃ ſecundo, & primo ,concutiet? atque ita paries ipſe tertio illo ictu facilius, q̃ ſecundo & primo corruet?ſiquis etiam arborem fructiferam ter manibus vehementer excuſſerit,non ne fructus ipſi facilius ſecundo, quam primo,& multò facilius & citius tertio,q̃ ſecundo in terrã decident? ſiquis etiam cinerem in vaſe ęneo in ſundum aquę ſubſidentem manu ter mouerit,& agitauerit, non ne facilius ſecundo, q̃ primo, & multo facilius tertio, q̃ ſecundo cinerem ipſum ſubſidentem mouebit & diſoluet?minor enim ſemper erit in cinere tenacitas,ita etiam dicendum eſt de materia peccante,quæ quum ſemel atque iterum mota ſit, facilius poſtea & velocius à luna tertio mouebitur, & propterea criſis etiã in vigeſima à natura accelerabitur, ea tamen non eſt inſignis acceleratio,& anticipatio,quum enim luna 20.diebus & 12.duntaxat horis,tres zodiaci quartas abſoluat, propterea etiam nõ per diem integrum,ſed per dimidium, plus, minus anticipatio ipſa exiſtet.

Obiectio. ¶Si quis verò obijciat, eadem ratione decimamtertiã etiã non 14.criticam euenturam.¶Huic reſpondentes dicimus, ꝙ

Reſpõſio. oppoſitus lunæ ad principium ægritudinis aſpectus, tredecim diebus & 16.horis conficitur,quòd ſi per 4. vel ad ſummum 6. horas criſis anticipauerit,nõ propterea tollitur quin 14.adhuc critica eueniat,minor enim hic quàm ibi anticipatio eueniet. ¶ Iamuero ſola materiæ concoctio ſufficiens non eſt ad criſim efficiendam, ſi enim hoc verum eſſet, tunc magis octaua & 9.quàm 7.& magis decimaquinta & 16.quàm 14.criſim efficeret.Remanet igitur,vt opinor,veritas, ipſam lunæ in zodiaco peragrationem in quadratis, & diametris ad principium ægritudinis ſtationibus, criſes ipſas efficere, quæ tamen lunæ peragratio, non vt cauſa efficiens particularis,ſed vt vniuerſalis & remota, natura verò ſocratis, vt particularis & propinqua criſim efficit.

Peroratio. ¶Si hactenus nos dierum criticorum cauſas veras non inuenimus, alijs fortaſſe illas inueniendi occaſionem exhibebimus, ſi enim Deus longiorem nobis vitam dederit, aliquid aliud hac in re perſcrutabimur.

Non

Dubitationum, & Solutionum in III. Galeni de diebus Criticis. cap. 3.

NOn possum quoque nō mirari Theodorū Gazam Virum alioqui pſtātissimū, & de vtraque lingua optimè meritū, tam facilè deceptum fuisse, quum dixit mentem Galeni esse, annum ad solem, menses ad lunam deduci, referrique debere, hoc est, solem annum, lunam menses efficere, quod an verum sit, & quomodo Galenus intelligi debeat, inferius manifestabitur. Galeni verba 3. de diebus criticis, cap. 5. hæc sunt.

¶Quemadmodum igitur annum integrum sol absoluit, ita »
luna mensem, immutatione per septimanas ei accidente, nam »
vtrunque tempus & quo post primam apparitionem in me- »
dium orbem accrescit, & quo inde plenam efficit, septem die- »
bus absoluitur, ambo quatuordecim. »

¶Et tandem concludendo inquit. ¶ Quare mensem à lu-
na immutari secundum septimanas iam est perspicuum. »

¶ Ceterū vbi codex grecus habet διατάττει, quod verti debet, disponit, ordinat, distinguit, & separat, nouus interpres transtulit, absoluit, quod certè non adnotassem nisi multum discriminis inter vtrunque esset. antiqua versio hæc est.

¶ Et sicut regimen anni totius fit per solem, similiter re- »
gimen mensium fit per lunam, & accidunt in eis mensibus mu- »
tationes septimanarum, quod est quia ab initio visionis suę do- »
nec mediatur, & quum vides eam mediatam vsque quo imple- »
tur, vnumquodque duorum temporū est septem dies, & sunt »
ambo simul etiam quatuordecim dies. græca lectio hæc est. »

ὥσπερ οὖν τὸν ὅλον ἐνιαυτὸν ὁ ἥλιος οὕτως ἡ σελήνη διατάττει τὸν μῆνα καθ' ἑβδομάδας τῆς ἀλλοιώσεως ἐν αὐτῇ γιγνομένης, ἀπό τε γὰρ τῆς πρώτης φάσεως ἐπὶ τὴν διχότομον, ἀπό τε ταύτης ἐπὶ τὴν πανσέληνον, ἑκάτερος μὲν ὁ χρόνος ἡμερῶν ἐστιν ἑπτὰ συναμφότερα δὲ τέσσαρες καὶ δέκα. idest

¶Sicut igitur totum annum sol, ita luna ordinat & distin- »
guit mensem, per septimanas mutatione in ipsa facta, nam à »
prima apparitione ad dimidium orbem, & ab hoc ad ple- »
nilunium, vtrumuis quidem tempus dierum est septem, »
vtrunque verò quatuordecim. ¶ Præstat etiam Theodori verba subscribere, Is igitur in libro de mensibus in cap. de mensium vsu Ioanne Perello interprete, sic scriptum reliquit,

" ¶Plethon quidem refert natura esse comparatum, vt ad So-
" lem deducatur annus, mensis uerò ad Lunam, sed quaóbrem
Galenũ intelligit " non dicit, uerum alij huius quoq; dicti rationem afferentes,
" asseuerant, quæ hic in terris sunt, omnia à cœlestibus illis cor-
Verba oia hæc desũpsit Theodorus à Galeno. 3. de dieb. criticis. cap. 1. & 2. " poribus ordinari, magnosq; esse lunę effectus, nam mutari a-
" iunt manifestè ab illa terrestria cũcta, idq; rectè, signum tamẽ
" nullum est, menses ad Lunam, non ad Solem agere oportere,
" hęc enim inferiora superioribus illis motibus esse continua,
" non inficias imus, & omnem eorum vim & potentiã illinc gu-
" bernari, ipsumq; decorum (quodcunque apud nos decorum)
" & rerum ordinem a superna illa natura consistere, Quod verò
" indigestum, & suo errore indecens, id esse ab eo (qui est hic)
" syluestri tumultu materialiq; alluuione, detur verò multa quę
" dam à Luna alterari, uariariq;, cũ plena, cum dimidio orbe cę
" sa, cum gibbosa, & vtrinq; conuexa, cũ in cornua flexa, atque
" etiam de cœlo & ambiente aere iudicium fieri, hęcq; terrestria
" mutari per semisses, & quadrantes, & certas quasdam ipsius
" stationes, non tamen iccirco conuenit, vt supersedentes Solis
" annum in menses distinguere, eaq; diuisione vti, & ad Lunã
" diuertentes vltro sponteq; diffideamus, neque enim secundũ
" naturam est, totum Soli quadrare, partes autem alteri, quàm
" Soli magis conuenire, nam partes sunt totius anni qui menses
" nominantur, vel quomodocunque libeat illam in duode-
" cim spatia solaris reuolutionis partitionem appellare. Quod
" enim causa est efficiens totius, id certè partium necessariò
" efficiens est, quum ex partibus totum consurgat, & ipso toto
partes sint generatione priores. Hæc ille.

Redargutionis Theodori confutatio, & Galeni defensio. ¶Si Theodorus omnia Galeni verba diligentius examinasset, non ita ipsum redarguisset, legerat enim ipse verba duntaxat
" hæc. ¶Queãdmodum igitur annum integrum sol disponit, &
" distinguit, ita luna mensem.

¶Cæterum oportuit ipsum sequentia etiã hęc verba logis-
" se. ¶Per septimanas mutatione in ipsa facta. ¶Dicit igitur Ga-
Verborum Galeni declaratio. " lenus quemadmodum sol vniuersum annum in quatuor par-
" tes distinguit, atque discriminat, ita luna mensem suum luna-
rem, per septimanas mutatione in ipsa luna, & in his inferiori-

bus

bus à luna facta, ab vna enim coitione lunæ cum sole ad aliam, variæ fiunt in luna ratione luminis, mutationes, variæ etiã tunc fiunt in his inferioribus à luna alterationes, quæ quidem alterationes, cum ijs, quę in quatuor temporibus totius anni eueniunt, proportionem similitudinemque habent, quæ quatuor anni tempora a sole zodiacum peragrando distinguntur, & separantur, & propterea dixit Galenus quemadmodum Sol vniuersum annum, ita luna mensem distinguit, & separat, mutatione per septimanas & quartas in ipsa luna ratione luminis, & in his inferioribus à luna facta, nam ex Astronomia prima lunaris mensis quarta, calida est, & humida, quemadmodum ver, secunda quarta, calida & sicca, vt estas, tertia lunaris quarta, frigida, & sicca, vt autumnus, quarta lunæ quarta, frigida & humida, vt hyems. Hoc etiam dixit Aristoteles 2. posteriorum contextu 25. cuius verba hęc sunt. ¶ Propter quid Nilus decrescente mense magis affluit aquis? quia mensis decrescens similis magis hyemis est, propter quid mensis decrescens similis magis hyemis est? quia luna decrescit. ¶ Vt mirari quãdoque de Ioãne Pico liceat, qui in tertio suo aduersus astrologos, cap. 14. hanc mensis lunaris diuisionem damnans, non viderit, non modo Ptolemæi in Apotelesmatis, sed & Aristotelis diuisionẽ esse. Pici verba hæc sunt. ¶ Ptolemæus in Apotelesmatis, lunã dicit ab interlunio, quousque diuidua sit, humiditatis amplius effectiuam esse, inde ad plenitudinem vsque caloris plenitudine, siccitatis donec item sit diuidua, tum ad coitum vsque frigiditatis, ita illam in prima orbis sui quadra, ueris & aeris, in secũda, estatis & ignis, in tertia autũni terreque, in quarta hyemis atque aquæ naturam habere, & horum qualitates temporum in corporibus tunc maximè excitare. Per bella magis ista diuisio, q̃ naturalis & vera. Hæc Picus. ¶ Illud tamen inter vtrumque sidus discrimen est, quòd & si sol in quartis totius anni inferiora hæc immutet, nulla tamen in corpore solari, ratione luminis, fit mutatio, quod non ita est de luna, nam ipsa præterq̃ quòd in quartis sui mensis corruptibilia hæc afficiat, magna etiam in corpore lunari, ratione luminis, fit mutatio, modo enim plena, nunc dimidio orbe cæsa, modo vtrinque conuexa,

Redargutionis Ioãnis Pici impugnatio.

&in cornua flexa, Semper tamen medietas corporis lunaris à sole illuminatur, licet à nobis non videatur. Iam uerò sol vniuersalius, luna verò particularius influit.

¶ Sed ad Theodorum reuertamur, quòd igitur ex sententia Galeni sol non modo annum, sed & menses & efficiat, & disponat, atque etiam ratione solis, non lunæ, menses numerentur, Galeni verba in primum contextum Hippocratis primi de morbis popularibus hæc sunt.

Galenus defensus.

» ¶ Cęterũ nõ sunt pro lunæ ratione menses subducendi, qđ multis iam græciæ ciuitatibus est solemne, sed pro ratione solis apud omnes vrbes antiquiores, & nationes cõplures numerantur. Hæc Galenus Subdit postea Theodorus. ¶ Cæterum vt solem damnemus inutilitatis propter lunæ vim, & ea quæ vulgo apparent, postulatio nimis magna est, & quæ videatur esse eius, qui se magis sensui, quàm rationi applicet, effectus enim lunæ & opera à sole quidẽ (quod propè dixerim) omnia sunt, & hæc inferiora idem sol in primis describit, moderatur, & in numerum, ordinemque digerit, & aliorum quidem siderum temperationis solem esse causam, cum multis alijs præclaris Viris, tum vel maximè straboni Gæographo videtur, Euidentiora tamen se se nobis offerunt, quæ contingunt circa lunam, propter differentes eius species ex varijs solis intercapedinibus proficiscẽtes, quapropter obseruanda sunt hæc, siue p septimanas, siue per alterum mensem lunarem videntur, neq; verò his solis vtendo, solares deserere oportet, qui sint longe æquabiliores, & partes temporum diuinitus constitutorũ, totiusque anni propriæ & natiuæ, secundum naturam enim id simpliciter est, quandoquidem à causa & priore, & magis necessaria, qđ verò est à luna notius nobis cũ sit, & apertius, viã ad ea (quæ sunt notiora naturæ & pfectiora) munit. & q̃ sequũtur.

Verborum Theodori declaratio.

» ¶ Hic duo sunt à nobis diligenter consideranda, primũ est, effectus qui fit in luna ratione luminis, hoc est mutatio illa quæ fit in luna, vel lumen suscipiendo, vel ipsum amittendo. Secundum in ordine considerandum est, effectus quem facit luna inferiora hæc lumine & motu alterando. His declaratis, dicit Theodorus, euidentiora nobis esse, quæ contingunt circa

ca lunam, & quod etiam à luna est, notius nobis & apertius esse, quam quod à sole. si per euidentius, notius, & apertius, ipse intelligit effectum, & mutationem illam, quæ fit in luna ratione luminis, euidentiorem, notiorem, & apertiorem esse, quā qui in sole, hoc certè negandū est, cum magna in luna, nulla unquam in sole ratione luminis, nec sui motus diurni fiat mutatio. (scio etiam ipse vtrunque nōnunquam eclipsari, sed de eclipsi nunc non agimus) comparatio enim ex 2. topicorum, non fit, nisi in hijs quæ vniuoca, quæque idem accidens, eandēque passionem specificam patiūtur, & propterea cùm nulla vnquā in sole ratione luminis fiat mutatio, nulla etiam erit hæc Theodori inter solis & lunę mutationem comparatio. ¶ Si verò per euidentius, notius, & apertius, ipse intelligit effectum, quem facit luna in his corruptibilibus, hoc est, quòd luna euidentius, notius, & apertius, q̄ sol, in hæc inferiora influat, hoc etiā (pace Theodori) omnino negandum est, quoniam sol, vt dixi, vniuersalius, potentius, euidentius, & apertius, luna verò particularius, debilius & obscurius influit.

Positionis primæ Theodori impugnatio.

Positionis secundæ Theodori confutatio

Dubitationum, & Solutionum in III. Galeni de diebus Criticis. Cap. 4.

MAtthęus Curtius Ticinēnsis vir ætate nostra p̄stātissimus qui primus Galenū ab inferis excitauit: & cui tanta iam inest eruditio, & authoritas, vt in omnibus Italiæ gymnasijs interpretando, disputando ve primum semper locum obtinuerit, quem nunc Pisis vltimum uitæ diem clausisse accepimus. Is itaque Galeno nimium addictus, in 2. Aphorismorum Aphorismum illum septenorum quartus est index, exponēs, ac longa digressione tertium de diebus criticis declarans, nonnulla Pici mirandulani aduersus Galenum argumenta soluere conatus est, an autem quod sperabat, præstiterit: inferius manifestabitur. & vt cōtrouersia hæc ab omnibus dignoscatur, prius Pici in Galenum argumenta, mox Curtij responsiones recitabimus. Picus igitur ille mirandulanus, vir & doctrina, & vitæ sanctitate memorabilis, Angeli Politiani, & Hermolai Barbari contemporaneus, cuius tanta fuit in scientijs omnibus disputandi facilitas, tantus eloquentiæ torrens, vt stupotem naturæ appellare eum omnes non dubitauerint.

Matthæi Curtij Laus.

Ioannis Pici Laus.

Is itaque libro tertio aduersus Astrologos cap. 16. ita in Galenum argumentatus est. ¶ Luna per te agit in nos vel lumine vel motu in zodiaco si motu, tunc pertransit totum zodiacũ viginti septem diebus & octo horis, & tunc capiemus septimanas, quarũ quælibet erit sex dierum & viginti horarũ, & sic in vigesima hora luna influet. si vis capere actionem lunæ, quæ sequitur mensem illuminationis, & est talis mensis viginti sex dierum & duodecim horarum, tũc septimana erit sex dierum & quindecim horarum, tunc itaque luna aget in decimaquinta hora septimę diei, ergo in decimaseptima hora cũ dimidia, ut tu arbitraris, faciendo mensem medicinalem, non influet.

Primũ argumẽtũ.

¶ Hoc argumentum dicit Curtius factum fuisse à Pico, attamen percurrens ego totum illud caput decimumsextum nunquã inueni, alij fortasse diligentiores inuenient, ad quod ipse respondens, ait tale argumentum nullum esse.

Solutio ipsius argumẽti.

¶ Debetis inquit scire ex Astronomia ꝙ quando luna applicando ad gradũ aliquem, vt ad coniunctionm solis, facit effectum, tunc suus ille effectus non solum durat per pręsens, sed etiam ꝑ viginti, & per vigintiquatuor horas, licet maxima virtus sit, quando est coniuncta, tamen etiam est per duodecim horas ante, & per duodecim post, luna enim habet determinatam molem, & non transit duodecim gradus nisi per vigintiquatuor horas, & concedo inquit quantum ad aspectum punctualem mensis illuminationis deberet terminari in sexta die, & decimaquinta hora septimæ diei, Et etiam quantum ad peragrationem deberet esse in vigesima hora septimæ diei, quantum ad aspectum punctualem, sed dico quòd influit etiam & parum ante & parum post, & plusquam per duas horas, imò plusquã per duodecim horas septimę in decimaseptima hora cũ dimidia erit vterque influxus, scilicet peragrationis, & influxus illuminationis Hæc Curtius.

Solutionis primi argumenti impugnatio.

¶ Responsio ista & si ingeniosa sit, attamen apud me semper fuit suspecta, quoniam in hoc tertio mens Galeni est, ꝙ si Crisis à luna excitari debeat, necesse est vt ipsa à principio ęgritudinis, centro suo quartam vnam zodiaci percurrat & absoluat, aliter ratio quartarũ zodiaci nulla esset. Quamuis enim lu-

na molem habeat, & non solum parum ante & parum post, ut ipse dicit, imò semper in peragrando agat, illa tamen actio nõ est ita valida, vt crisim in ægrotantibus promouere possit, nisi quũ ipsa suo centro à primo puncto arietis ad primũ punctũ cancri peruenerit. & ita de alijs zodiaci quartis dicendũ est, ꝓpterea ꝙ ex Galeno potentissima actio quæ à luna fit, in quadratis & diametris stationibus fit, & tunc fiunt crises, quũ luna potentissimè agit, non negauerim ego, quin quandoque & parũ ante, & parũ post, possint fieri crises, sed tunc erit, non ratione motus lunç, sed ratione materiç magis dipositæ, vel minus dispositæ ad ipsum lunæ motũ, vt etiã inferius declarabimus. & Curtius etiã ipse concedit, ꝙ quantũ ad aspectũ punctualẽ mensis peragrationis necesse est, vt in hora vigesima septimæ diei crisis eueniat. ¶ Influxus autem illuminationis secundum Ptolemçũ non est ille q̃ crises in ægrotantibus efficiat, sed sola lunæ in zodiaco peragratio in angulis figuræ sexdecim laterũ ea est, à qua crises ipsæ producuntur. Ptolomçi verba Aphorismo 60. hæc sunt. ¶ Super ægrotis criticos dies inspice ac lunæ »
peragrationẽ in angulis figuræ sexdecim laterũ, vbi enim eos »
angulos benè affectos inueneris, benè erit lãguenti, cõtra, ma »
le, si afflictos inueneris. Hçc Ptolemæus. In ea autem figura sex »
decim laterum coniunctio, quadratus, & oppositus aspectus præcipuũ locũ habent. ꝙ si Curtius teneat cũ Galeno influxũ illuminationis crises ipsas efficere, tunc contra vtrũque sic argumentabimur, ita in coniunctione sicuti in quocunque alio aspectu fiunt crises, & tamen tunc nulla est apud nos lunæ illuminatio, ergo influxus illuminationis non est ille qui crises efficiat, ꝙ autem in coniunctione possint fieri crises, notissimũ omnibus est, quũ enim indeterminata sint morborũ principia, & quocunque mensis, lunæque die possit morbus incipere, indeterminata etiam erunt crisium tempora. Vigesima tertia die Iunij in meridie cadat Socrates in ægritudinem per crisim in septimam terminandam, trigesima autem & vltima eiusdẽ mensis in meridie futura sit lunæ cum sole coniunctio, tunc eo tempore quo fiet coniunctio, fiet etiam crisis, quam à nullo lunæ lumine pendere manifestũ est. ¶ Et si dicat mentẽ Galeni nõ

Vide Galenum 3. de diebus criticis cap. 6.

esse

esse lunam ipsam lumine crises efficere, nos illi Galeni verba ad memoriam reuocabimus, quæ sunt hæc.

» ¶ Siue enim à triginta tres illos coitionis dies, in quibus ni-
» hil de aere decernitur, auferre cogites, si etiam à menstruali tē
» pore exacto tres coitus dies ademeris.

¶ Si igitur Galeni mens non esset, lunam lumine crises efficere, nullo pacto tres illos coitionis dies, quibus lumine priuata est, à menstruali tempore adimeret, mens enim Galeni videtur esse, quòd luna crisim producendo, in nos agat duplici actione, communi scilicet & propria, actione communi scilicet lumine, actione propria, scilicet peragratione in zodiaco, hoc est lumine, & motu in zodiaco, & quod ad producendam crisim, duæ istæ causæ necessariò concurrant, lumen scilicet, & motus, nos autem & authoritate Ptolemæi, & ratione etiam solo lunæ motu in zodiaco crises ipsas fieri demonstrauimus. ¶ Cæterum vt ingenuè fateamur, dicimus, quòd quamuis luna lumine & motu in nos agat, non tamen credendum est Galenum voluisse duas has causas ad crises producendas necessariò concurrere. quòd autem tres illos dies à mense coniunctionali abijciat, id agit Galenus, vt mensem suum conficiat, & vt etiam rationem aliquam, si non veram, saltem probabilem inueniat, quæ vigesimam, non vigesimam primam criticam reddat, nec propterea tres illos dies inter criticos connumerandos non esse censuit, quemadmodum etiam inferius declarabimus.

Galenus à sensus.

Secundum argumētū.

¶ Secundum argumentum Ioannis Pici erat hoc. Si quis in
» cipiat ægrotare, quando luna incipit priuari lumine, & stet per
» tres dies sine lumine, terminarique debeat in septima ægritu-
» do, tunc non habebit locum mensis medicinalis, tuncque quar
» ta dies, & est septima non potest capi ex actione communi, sed
» solum capietur secundum peragrationem zodiaci, scilicet se-
» cundum quartam partem zodiaci & medietatem quartæ, &
» propterea non est semper verum quòd capiantur dies critici
» per mensem medicinalem. Hactenus Picus, ita referente Curtio. ¶ Sed vt candidus lector rem hanc summa fide intelligat, Pici verba subscribemus, quæ sunt hæc. ¶ Contra, vt vigesimū

diem

diem criticum faciant, menſe Galeni nõn peragrationis vtun- »
tur, ſed ſi quis ægrotet pridiem quã luna coeat, habeatque diẽ »
ſeptimam criticam, quomodo id erit ex influentia poteſtatis; »
tam à ſole receptæ q̃ à ſignis? quum maximam partem eorum »
dierum ſicuti non viderit ita ſolari virtute luna nos non affe- »
cerit, authore ipſo Galeno? neceſſe igitur hic quoque eos ad »
ſigna ſe conuertere quorum ſolus influxus ex quadrati virtute »
criticam illi ſeptimam diem fecerit. Hæc Picus. »

¶ Ad hoc autem argumentũ reſpondens Curtius dat duas ſolutiones, quarum prima eſt iſta. ¶ Non eſt dubium inquit ꝙ *Prima ſolutio ſecundi argumẽti.*
ſi detur iſte caſus, ꝙ tunc capiuntur dies critici ſecundum pe- »
ragrationem zodiaci, & tunc ſubtrahemus ab iſtis quatuor diẽ- »
bus ſolum duas horas, vel vnam, ſed & ſi ſit error per horam »
vel duas, medici non curant vnam horam, vel duas, & maximè »
in quarta, vbi rariſſimè fit criſis, & licet illa dies habeat vnam »
horam plus, quid faciet? ſed in reliquo tempore ſcilicet in ſe- »
ptima, & decima quarta, & decima ſeptima, & vigeſima, opor- »
tebit ſubtrahere horas ſecundum menſem medicinalem. »

¶ Secunda ſolutio ſecundi argumenti à Curtio data eſt iſta, ¶ Do inquit ipſe aliam ſolutionem iuxta Galenum tertio de diebus criticis cap. quinto circa principiũ vbi dicit magna alte- *Secunda ſolutio ſecundi argumẽti.*
ratio fit in aere à luna quando apparet poſt coniunctionem »
cum ſole, imo dicit Galenus videtur in eo die poſſe iudicari »
ſuper totum menſem, Et ſic poteſt reſponderi, quòd quum »
incipit apparere luna tantam mutationem facit, quòd acce- »
lerabit criſim, vt pro exemplo quatuor horas deberemus ſub- »
trahere à ſeptima, & hora vigeſima, in ſeptima, deberet fie- »
ri criſis, & non in decima ſeptima cum dimidia, dico tamen »
quòd tantã mutationem facit tunc luna quando apparet poſt »
coniunctionem cum ſole, quòd etiam in ſeptima die in hora »
decima ſeptima cum dimidia facit criſim. Hactenus Curtius.

¶ Solutiones iſtę (quod pace tanti viri dictum ſit) nõ ſoluũt argumentũ, & primo cõcedit ipſe cõfugiẽdũ eſſe ad mẽſem pera- *Primę ſolutionis impugnatio.*
grationis, ſi eueniat, vt quis ægrotet pridie quàm luna cum ſole «
coeat, ergo mẽſis ille medicinalis quum non ſit methodus vni- «
uerſalis, & neceſſaria, ſecundũ Ariſtotelẽ admittẽdus nõ erit.

Quum verò dicit medicos nihil curare, si per horam, vel duas, aliquis committatur error, at certè in ægritudinibus acutis, in quibus medici diligentissimi esse debent, cauendum est, ne in subtractione horarum aliquem committant errorem, si enim ignorauerimus, quo tempore, quaque hora ventura sit crisis, neque cibare opportunè ægrotantem, neque alia remedia rectè adhibere poterimus. Cæterum non per horã, sed per duas cum dimidia medicum decipi per septimanam mensis medicinalis est necesse, quũ septimana mensis medicinalis sex dies, horas decem & septem cum dimidia contineat, septimana uerò mensis peragrationis dies sex, horas viginti habeat, Quę differentia est horarum duarum cum dimidia, per quas septimana mensis peragrationis septimanam mensis medicinalis superat, à die igitur septima, quatuor duntaxat horæ, non sex cum dimidia subtrahendæ sunt, sicque in hora vigesima septimæ diei, & non in decima septima cum dimidia septimæ diei crisim venturam expectabimus. Quod autem dicit Curtius de die quarta, non possum certè non mirari, quum non in quarta, sed in septima terminandã esse per crisim ægritudinem iã constitutum sit, quumque etiam quarta magis indicatiua septimæ q̃ critica, septima autem verè critica radicalis dicenda sit, vt voluit Hippocrates 2. Aphorismorum 24. ¶ Septenorum quartus est index. ¶ Non negauerim ego quinetiam in quarta posse fieri crisis: quod in ægritudinibus ualdè acutis (& vt recentiores dicunt) perperacutis euenire solet; vel igitur in quarta vel in septima fiat crisis, semper in subtractione horarum mẽse peragrationis, non medicinali, vtendum est. Sed vt diximus, non in quarta, sed in septima terminandam per crisim ægritudinem receptũ est. Præterea in exẽplo suprascripto decipitur Curtius, qui dicit illã esse diem quartã, quoniam & si sit quarta respectu apparitionis luminis lunæ, est tamen septima respectu principij ægritudinis. Pici verba erãt hæc. ¶ Sed si quis ęgrotet pridie q̃ luna coeat, habeatque diem septimam criticam, quomodo id erit ex influentia potestatis tam à sole receptæ q̃ à signis, quum maximam partem eorum dierũ sicuti non viderit, ita solari virtute luna nos non affecerit?

¶ Age

¶ Age verò & secundam solutionem secundi argumenti à Curtio datam nihil valere ostendamus, vellem igitur adesset Curtius, sciscitarer ab eo, cur, quum incipit apparere luna, tam magnã, tamq; vehementem faciat in aere alterationẽ? cur quæ prius ociosa & sedentaria in coniunctione vis lunæ erat, nunc de repente discussis ferijs, ita magnas in aere mutationes inducat? Responderet profectò, huius diuersitatis causam lumẽ ipsum esse, quum enim in coniunctione luna lumen nullum habeat, soluta autem coniunctione, lumine augeri incipiat, sequitur huius alternantis effectus causam, lumen ipsum esse, sequitur etiam crises ipsas, & celeriores, & velociores existere. Stante ista responsione, ita argumentor, lumen per te est causa alterationis, ergo maius lumen maioris alterationis, & maximum lumen maximæ alterationis, maximum igitur lumen erit causa maximæ alterationis. Sed in oppositione maximum est lumen. Ergo in sola oppositione & maxima erit in aere alteratio, & iudicium tunc super totum mensem fieri debere credendũ est. Suspectum igitur est quod dicit Curtius, quòd quum incipit apparere luna tantam faciat in aere mutationem, vt & crises acceleret, & iudicium de toto mense exhibeat, præsertim quum alio in loco dicat Galenus quòd quando incipit apparere luna, quoniam paruum, obscurũque lumen habet, & parũ etiam supra terram moratur, vel nihil vel debiliter aerem alterat: cuius verba erãt hæc. ¶ At omnium extremæ obscurissimæque aeris nos ambientis conuersiones, in falcatis in curuisque apparitionibus fiunt, magis autem in curuis, nulla si quidem in eis magna mutatio, sicut in falcatis apparet. ¶ Et paulo post statim subnectit.
Secũdę Solutionis cõfutatio.

¶ Quod prima apparitio habet occultationi vicinum est, tũ propter totius lunæ particulæ apparentis paruitatem, tum luminis obscuritatem, & breuitatem temporis, quo supra terrã fertur. Hæc Galenus.

¶ Præterea ꝙ non quando incipit apparere luna, sed potius quando est in oppositione, & maxima fiat in aere alteratio, & iudicium etiã tunc de toto mense fieri debere credendum sit, ex verbis ipsiusmet Galeni probari potest, qui cap. quinto cõ-

parans feminularem ftationem ad pleniluniū, dicit ꝙ femilunaris ftatio quamuis & ipfa de aere decernat, minus tamen decernit, q̃ faciat plenilunium, hoc enim inquit pleniluniū validas vires occupat. Galeni verba erant hæc.

" ¶ Cæterum omnis velox mutatio crifis appellatur, & conftitutionem lunæ dum effigiem falcatam maximè reprefentat, dicunt, deinde ad plenilunium fimiliter transferunt vocantes, hoc enim validas vires occupat, verum femilunaris ftatio imbecillior eo eft, & fi hæc quoque de aere decernat.

¶ Hoc etiã ex Galeno probari poteft, quoniam dum ipfe menfem medicum conficit, tres lunæ coitionis dies, quibus lumine priuata eft, à menfe coniunctionali abijcit, propterea ꝙ tunc inquit, ob luminis priuationem, nihil de aere decernitur, hoc eft, nihil aerem alterat, ergo maximè alterat, quando maximum habet lumen, ergo in plenilunio maxima erit actio, & alteratio, vbi enim luna ipfa maiori lumine terras illuftrat, neceffe eft, maiorem quoque virtutem, & influxum in fublunaria influat, fed nunquam maiori lumine mortalia irradiat, quàm quū ipfa in oppofitione cum fole fuerit, ergo tunc, & diutius, & vehementius q̃ quando incipit apparere, in viuentia omnia vigorem fuū effundet, & imprimet, & iudiciū etiā tūc de toto menfe exhibet. ¶ Tertiū argumentū Pici, ita referente Curtio, erat hoc. ¶ Supponit Galenus faciendo menfem medicinalē ꝙ luna femꝑ ftet fine lumine ꝑ tres dies, & hoc falsū eft, imò quādoque ftat per duos dies cū dimidio, vel citius, vel tardius.

Tertiū argumentū.

¶ Sed præftat Pici verba fubfcribere, quę funt hæc. ¶ Mitto ꝙ omnino facticius ille Galeni menfis, nec naturæ moneta percuffus, ita enim excuditur, quafi tres dies luna femꝑ à fole obtegatur, fed & mane quandoque confpicitur priufquam Sol exoriatur, & vefpere eius diei nouaculari facie, quod & experientia indicat, & teftatur Alfragranus.

Solutio tertij argumēti.

¶ Si Picus inquit Curtius vidiffet Galenū tertio de diebus criticis cap. 4. vtique non dixiffet hoc argumentum & clariffimè foluit ibi hoc argumentum vbi dat tres vel quatuor caufas, vt oftendat quòd luna non femper ftat per tres dies fine lumine, fed dicit, licet ftet quandoque non per tres dies fine

lumine,

lumine, tamen tunc eſt adeo paruum lumen, & tam parũ ſtat ” ſuper terram adeo ꝙ paruam facit impreſſionem, & ideo dico ” ꝙ ſtat per tres dies luna ꝙ non apparet, vel ſi apparet citius, tamen tam debiliter agit, ita, quòd non ſit curandum de hoc. Hactenus Curtius.

¶ Ingenui certè eſt hominis ipſam ſemper fateri veritatem, & mehercle argumentum hoc & rectè à Curtio ſolutum, & Galenus iure optimo defenſus eſt, quod & nos etiam inferius planum faciemus. Conciliator autem differentia ciiij. non ſolũ Pico, ſed & Manardo errandi occaſionẽ attulit. Is enim primus dixit Galenũ determinaſſe lunã tribus ſemper diebus ſub ſole occultari, quod an verum ſit, & quomodo dictum Galeni intelligi debeat, rectè curtius interpretatus eſt. Illud tamen ſilentio inuoluendũ non eſt, quòd non perfectè Curtius Galeni mẽtem habuit, quũ dixit ipſum cap. 4. vel 5. plures aſſignaſſe rationes, vt oſtenderet, ꝙ luna non ſemper ſtet per tres dies ſine lumine, imò ſimpliciter vult Galenus quòd ſemper quando incipit apparere luna, propter luminis paucitatem, obſcuritatemque ac breuitatem temporis, quo ſupra terram ſtat, vel nihil vel debiliter agat. Galeni verba cap. 3. hęc ſunt.

Solutionis confirmatio.

Conciliatoris, Io. Pici, & Manardi error.

¶ Quod prima apparitio habet occultationi vicinum eſt, ” tũ propter totius lunæ particulæ apparentis paruitatẽ, tũ ob luminis obſcuritatẽ, & breuitatẽ temporis quo ſupra terrã fertur. ¶ Quartũ argumentũ Pici erat hoc. ¶ Luna quãdoq; tardius, quãdoq; velocius mouetur, & habet etiã motũ in ſuo epicyclo, & ſi ſit in parte ſuperiori epicycli, tunc tardius ꝑtranſit, ” in inferiori aũtẽ citius mouetur, tamen in viginti ſeptem diebus & octo horis ſemꝑ tranſit totũ zodiacũ, ſed velocius mouetur in vna ſeptimana q̃ in alia, tũc demus, ꝙ in vna ſeptimana velocius pertranſeat, ergo luna pertranſit quartam partem zodiaci citius quàm in ſeptima, ergo tunc ſeptima non fiet critica, ſed ſexta, Hactenus Picus, ita referente Curtio. ¶ Sed vt candidus lector rem hanc ſumma fide intelligat, Pici verba ſubſcribemus, quæ ſunt hæc. ¶ Tum de ſpatio quoque ” lunaris motus ita determinat, quaſi ſemper eodem paſſu moueatur, non autem velociore interdum, interdum tardiore, quod

Quartũ argumentũ.

" re, quod in astronomicis supputationibus demonstratur. ¶ Et post multa verba hæc etiam addit.

" ¶ Nam quũ inferiora permeans epicycli, velocius luna fer-
" tur, sexta die ad quadrata signa pertingit, & decimatertia inter
" dum ad opposita, quum verò superiora, tardius circumfertur,
" non priusquam die octaua vel nona quadrangulari fit loco.

Quarti argumenti Solutio.

¶ Ad hoc autem argumentum respõdens Curtius. ¶ Dico, inquit, ꝙ crisis, quæ fit in septima, quãdoque fit in principio diei,
" quandoque in medio, & quãdoque in fine, & sic licèt velocius
" moueatur, tamen non facit, ꝙ crisis incipiat ante septimã, & ne
" go inquit, ꝙ tam velociter moueatur luna adeo ꝙ faciat crisim
" in sexta, & ideo hæc instantia nulla penitus est. Hæc ille.

Solutionis quarti argumenti confutatio. Vide etiam ephemeridas.

¶ Si Curtius cursum lunæ rectius supputasset, non ita respõdisset. Constans enim Astronomorũ omnium sententia est lunam ipsam in inferiori parte epicycli quindecim ferè zodiaci gradus quolibet die naturali perambulare, quod si verũ est, velit, nolit, fateri cogitur Curtius lunã tunc à principio ægritudinis ad tetragonum aspectum, qui nonaginta gradibus constat, quique quarta zodiaci pars est, sex diebus peruenire, sexta igitur dies critica & laudabilis, non septima eueniet. Sed audiamus, quid ipse tandem pro defensione Galeni concludat. ¶ Et
" verum est inquit Curtius, quod dicit Galenus ꝙ solus Deus glo
" riosus nouit istã commistionem mensis medicinalis, tamẽ ista
" est melior causa quæ potest reddi. Hactenus Curtius.

Dubitationum, & Solutionum in III. Galeni de diebus Criticis. Cap. 5.

GAlenum medicorum omnium post Hipocratẽ facile princip ẽ ansam dubitandi mihi quandoque attulisse fateor, quũ in tertio de diebus criticis dixit lunam in coniunctione cũ sole tribus plerunque diebus in tenebris latitare, ac tunc terrena hæc non immutare, id autem dixit Galenus vt suos dies criticos ac mensem medicũ componeret. Quid verò crisis sit, declaratur ab eodẽ in principio tertij de crisibus cuius verba hæc
" sunt. ¶ Sex sunt in morbis mutationũ differentię vel enim su-
" bito ad sanitatem veniunt, vel subito interimunt, vel paulatim
" horũ vtrunque cõtingit vel mixtim, &c. de prima igitur quæ re
" pente fit permutatione dicamus, quoniam omnium quas an-

tea diximus optima est, atque ideo ipsam per excellentiam cri sim nominamus, quoniam natura quæ præter naturã sunt superante, exquisitè perficitur, &c. Sola igitur subita ad sanitatẽ conuersio simpliciter crisis nominatur.

¶ Crisis igitur secundum Galenum est ultimũ illud pugnæ quod fit à victrice natura aduersus humorem facientem morbũ, in qua quidem pugna ob vehementẽ in ægrotante perturbationẽ, iudicant astantes ipsum omnino interiturũ, & propterea pugna illa crisis, idest iudiciũ dicta est, vt clare voluit Galenus in principio tertij de crisibus cuius verba hæc sunt.

Quid sit crisis.

¶ Vnde non paruus timor inuadit inspicientes & quispiam homo vulgaris quũ istis adesset ipsa re cogente ita pronuntiauit ꝙ iudiciũ de vita ægrotantis tunc ageretur, neque enim medicorũ aliquis primus inuenit id nomen, sed omnino necessariũ fuit, vt qui præsens erat, conturbaretur, atque ideo exclamaret, & crisim idest iudicium rem ipsam nominaret.

¶ Siue modo certamen illud fiat vel ab anima, vel à natura vel à calore naturali, non est præsentis negocij, nã apud Hippocratem nihil aliud est anima & natura humani corporis q̃ calor naturalis. Sed apud Aristotelem & Galenũ calor naturalis est ipsius animę instrumentũ. ¶ Qui verò dies critici sint, in quibus fiunt istæ in ægrotantibus cõmotiones, atque agitationes declarantur etiã a Galeno in 2. de diebus decretorijs, & 3. prognosticorũ commento. x. & ab Hippocrates 2. aphorismorum 24. si quis igitur hos scire voluerit, adeat Hippocratẽ & Galenũ in locis citatis, neque enim hic eos recensere opus est, quũ ibi diligentissimè accuratissimè que ab ipsis edoceantur.

Vide Galenũ primo aphorismorum. 15.

Aristo. 2. de partibus cap. 7. & 2. de anima 50. vide etiam Galenum 2. de Symptomatum causis vbi dicit ꝙ animæ essentia aut sanguis & spiritus est, aut eis vt pcipuo instrumento vtitur.

¶ Hæc cursim dixisse volui, vt quũ sæpius crisis mentionem fecerimus, & facturi simus, ne quid crisis sit, ignoraremus, quũ rei ipsius definitionẽ, eiusdem considerationem, debere præcedere in dialecticis docuerit Aristoteles & primo de morborũ differentijs docuerit & Galenus, sed iã receptui canamus, & vnde digressi sumus reuertamur. Tertio igitur de diebus criticis locus est animaduersione dignus, & qui mihi dubitandi occasionem quandoque attulit: Galeni locus cap. 4. secundũ sectionem Trincaulæ hic est. ¶ Plerunque triduo in coitu solis remo-

" remorata planè inuisibilis est, quo nondum hæc terrena im-
" mutare potest.

¶ Hic igitur duo sunt à nobis diligenter consideranda, alterum est, an luna in coitione cum sole tribus diebus omnino, vel maiori ex parte, in tenebris immoretur? Alterũ an eo tempore quo delitescit terrena hæc non immutet? Quòd verò tũc si non lumine, motu tamen corruptibilia hæc immutet, ita notũ est, vt nihil notius esse possit, quũ corpora cœlestia lumine & motu agant 2. cœli apud Aristotelem 42. simpliciter igitur dicendũ non est lunã in coitione cũ sole terrena hęc immutare non posse. ¶ Alterũ quod à nobis restat considerandũ est, an luna in coitione tribus diebus maiori ex parte planè inuisibilis sit? vt igitur & rem hanc diligentius examinemus, & quid pro veritate tenendum sit in mediũ afferamus, oportet nos altius exordiri. Dico itaque ꝙ si lunæ coitio cũ sole fiat in ea signiferi circuli parte quæ est à capricorno ad cancrũ, & luna in motu velox sit, & in septentrionem tendat, tunc eodem die post coniunctionem videri poterit, sed si tarda in motu fuerit, tunc secundo die, & si tarda & in austrũ vadat, tunc tertio die, & si velox & in meridiem pergat, tunc quarto die post coniunctionẽ videbitur, in Britãnia autem insula quæ in aquilonem vergit (vt rem etiã exemplo comprobemus) incolæ ipsi quũ sol in cancro fuerit, eodem die & veterem, & nouã lunam conspiciunt. Contra autem, si lunæ coitio cũ sole fiat in ea zodiaci parte quę est à cancro ad capricornũ, & luna in austrũ tendat, & motu tarda incedat, tunc quarto die post coniunctionem videbitur, sed si velox fuerit, tunc tertio die, & si velox, & in septentrionem pergat, tunc secundo die post coniunctionem videri poterit. Ad variationem itaq; situs lunæ in circulo obliquo, & ad velocitatem & tarditatem in motu eiusdem, sequitur, vt & citius, & tardius mortalibus appareat. ¶ Hæc quæ breuiter & paraphrastice in theoricis à Georgio Purbachio, nos dilucidioris doctrinę gratia diffusius manifestauimus. ¶ Sed nunc pro Galeno dicat aliquis exemplum illud de Britannia insula à nobis allatũ nihil valere, quum Galenus velit sententiam suam verificari solum in eo terrarum tractu, qui & temperatissimus est, & maximè

(Primum. — Secũdum. — Obiectio.)

mè

mè habitabilis, qualis est Pergamus Galeni patria, Alexādria Ægypti, Roma olim orbis regina, quibus in vrbibus ipse totam ferè ætatem consumpsit, Britannia autem pręterquam ꝙ occidentalissima septentrionalissimaq; sit, ob cœli etiam intēperiem, ac vehementissima frigora ægrè ab incolis colitur, in hyeme enim quum Sol in Capricorno fuerit, nox viginti horarū spatio, dies verò quatuor duntaxat conficitur. Hæc pro Galeno. ¶ Sed si etiam Pergamum, Alexandriam, Romamq; respexerimus, regula illa de luna superius à me citata nihilosecius variabitur, imò magis ac magis in his verificabitur, neque enim Britanniā eo cōsilio retulimus, vt vno exemplo regulam, conclusionemq; vniuersalē efficeremus, atq; ab Aristotele in Analyticis maximè aberraremus, q̄ cōclusionem vniuersalem ex propositionibus vniuersalibus deducendā deriuandamq; esse docuerit. ¶ Cęterū pręterquā ꝙ magna semper fuit apud me Galeni authoritas, ingenui etiam ac probi viri officium est, authores, quos profitemur, vsq; ad aras tueri semper: dabimus operam, vt Galenus nostrā hāc dubitationem tollat, & lunam non plerunq; tribus diebus sub sole occultari asserat. ¶ Non negaret igitur Galenus quin luna & citius & tardius, sed si ante tres dies appareat, eius lumen est adeo paruum, & obscurū, vt nullā omnino vel debilem rebus mortalibus impressionem faciat, vel etiam dicendum, ꝙ quum Galenus dixerit, plerunq;, & citius & tardius eam quandoq; apparere voluerit.

Respōsio.

Secūdę dubitationis solutio.

Dubitationum & Solutionum, in 3. Galeni de diebus Criticis. Cap. 6.

IN sua præterea zodiaci peragratione luna modo velox, mōdo tarda circunfertur, sed dicat aliquis, quid enim refert, modo citius, modo tardius luna moueatur? Quid? concesso hoc, ordinem, naturamque dierum criticorum ruere, ac labefactari, raras naturæ motiones, rarasque crises medicum cognoscere est necesse, doctrinam de diebus criticis à Galeno traditam dubiam, suspectáque esse; si enim luna quandoque citius, quādoque tardius ipsum peragrat zodiacum, necesse est, cùm velox fuerit, veloces quoque fieri crises, cùm verò tarda, tardas. Ad uariationem enim causarum variari etiam effectus testantur omnes philosophantium scholæ. Sequitur itaque crises ip-

ſas ſtatuta, præfixaque non habere tempora, oppoſitum tamen voluit Galenus cùm dixit, Septimum, decimumquartum, vigeſimum, criticos eſſe radicales. Sextum etiam conceſſit, ſed rarò id euenire, vt criſis in ſexta fiat, eam autem tyranno aſſimilauit, eo ꝙ ferè omnes ægrotantes interimat, quod an verũ ſit, ipſe viderit, ſi enim luna à principio ægritudinis ad quadratum aſpectum ob velocitatem ſui motus cito peruenerit, poterit quidem in ſexta criſim excitare, ſine ulla tamen ægrotantis pernicie, nõ negauerim ego quin ex malignitate etiam humoris naturam irritantis, poſſit in ſexta criſis mala euenire, poteſt etiam eſſe vt diem ſeptimam & antecedat & conſequatur criſis, non ex malignitate humoris criſim accelerantis, neque ex velocitate, aut tarditate motus lunæ, ſed vt optimè dixit Conciliator differentia.ciiij. ex diſpoſitione vel indiſpoſitione materiæ ad ipſum lunæ motum, & ad actionem caloris naturalis in humorem facientẽ morbum, præſertim in ægritudinibus quarum terminus vltra decimumquartum diem protenditur, & tunc vt criſis eueniat, non eſt neceſſe lunam ipſam quartas zodiaci exactè pertranſire, nullique tunc erunt dies critici radicales, & propterea cùm in hoc, tum in alijs magis Hippocrati, ꝗ̃ Galeno credendum eſt, qui in primo de morbis popularibus propè finem, tales ægritudines, non ſtatuto præfixoque termino, ſed quadam potius circunſcriptione demonſtrauit, cùm dixit, circa vigeſimã, circa quadrageſimam, quæ locutio ambitũ latitudinẽque tẽporis demõſtrat, Hippocratis verba hæc ſunt.

Vide Galenum in primo de diebus criticis cap.4.& 4. aphoriſmorum.29.

Conciliatoris Laus.

" ¶ Iudicabantur autem horum quibus breuiſſimi eſſent, cir-
" ca vigeſimam diem, plurimis circa quadrageſimam, multis cir-
" ca octogeſimam. ¶ Illud interim candidum lectorem admonuiſſe velim, locum illum non rectè ab Hermanno cruſerio interprete fuiſſe verſum, vbi enim in contextu Hippocratis codex grecus habet περὶ εἰκοστὴν ἡμέραν, & in commento Galeni. περὶ τὴν κ̄ ἡμέραν quod verti debet circa vigeſimam diem, ipſe tranſtulit, ad vigeſimum diem, & vigeſimo die, quem locũ nunc multò rectius interpretatum debemus eruditiſſimo viro Iano Cornario, ipſe etiam prope finem ſectionis primæ pri-
" mi de morbis popularibus, ſic tranſtulit. ¶ Iudicabantur autẽ

quibus

quibus inter hos breuissimæ essent, circa vigesimũ diem, pluri „ nis circa quadragesimũ, multis circa octogesimũ. ¶ Iamuero „ præterquàm ꝙ vigesimam primã, criticã voluerit Archigenes, hæc est etiã mens omnium Astronomorũ asserentium vigesimam primam magis, q̃ vigesimã criticam esse. Sed & Cornelij Celsi citanda est authoritas, eius verba libro. 3. cap. 4. hæc sunt.

¶ Est autem alia etiã de diebus ipsis dubitatio, quoniam an „ tiqui potissimum impares sequebantur, eosq; tanquã tunc de „ ægris iudicaretur. κρισίμους, nominabant. Hi erant dies tertius, „ quintus, septimus, quartusdecimus, vigesimus primus, ita vt „ summa potentia septimo, deinde quartodecimo, deinde vni „ & vigesimo daretur. ¶ Cæterum testatur etiã Hippocrates ita vigesimam primam, sicuti vigesimam, posse criticam fieri, reclamante interim Galeno ac vniuersa medicorum schola, in libro enim de iudicationibus. Hippocratis verba hæc sunt.

¶ Primus igitur ipsarum insultus sic definit, alter ad septimũ „ deducit, tertius ad vndecimũ, quartus ad decimũquartũ, quin „ tus ad decimũseptimũ, sextus ad vigesimum, atq; hę in acutissimis morbis per quatuor ad viginti appositiones fiunt. ¶ Et „ paulo post statim subnectit. ¶ Sudores febricitanti si fiant ter „ tia die, & quinta, & septima, & nona, & vndecima, & decima „ quarta, & vigesima prima, & trigesimã prima, hi sudores morbos iudicant, qui verò non sic fiunt, dolores significant. ¶ Eandem sententiam habuit Hippocrates 4. Aphoris. 36. cuius verba hæc sunt.

¶ Sudores febricitãti si inceperint boni, & tertio die, & quin „ to, & septimo, & vigesimo primo. ¶ Ita nunc Ianus Cornarius, & Paulus Magnolus, ex codice antiquissimo interpretati sunt, quamuis Laurentianus, & Leonicenus vigesimum verterint. Galeni verba in cõmento hæc sunt. ¶ Non parua autem est de „ diebus scriptis in aphorismo discordia, cum alij alios pro arbi- „ trio scribant, nos verò illa secuti quę ab ipso Hippocrate scri- „ pta sunt, & in prognostico, & epidemijs, & hoc aphorismorum „ libro, ipsorum fecimus connumerationem, verba autem qui- „ bus de hisce diebus Hippocrates scripsit, habes omnia in tra- „ ctatu de iudicatorijs dieb⁹, & de iudicijs collecta. ¶ Et 7. Aphorismo.

" rismorum 38. Galeni verba hęc sunt. ¶ Suppuratur autem ma
" gna ex parte in viginti diebus, & non vt multi scribunt, in vno
" & vigesimo, semper enim Hippocrates diem vigesimum iudi-
" catorium facit, non vnum & vigesimum, quemadmdodum in libris de diebus iudicatorijs ostendi. ¶ In libro tamen de diebus iudicatorijs in fine libri, Iano Cornario interprete. Hippocratis verba hæc sunt.

" ¶ Cæterum de iudicatorijs dieb. etiã iã ante à me dictum est,
" iudicantur autem febres quarta die, septima, vndecima, deci-
" maquarta, decimaseptima, vigesimaprima. ¶ Et libro primo Epidimi. Hippocratis verba hæc sunt.

" ¶ Circuituũ qui imparibus diebus iudicantur, primus, ter-
" tius est, quintus, septimus, nonus, vndecimus, decimus septi-
" mus, vigesimusprimus.

¶ Ex quibus locis clarè constat, non semper Hippocratẽ diẽ vigesimum criticum voluisse. Sed & ipse etiam Galenus hic in hoc tertio, vigesimum, & vigesimumprimum, magis tamen vigesimum, criticum esse asserit, & vt hoc obtineret, dedit vnã distinctionem de morbis, Galeni verba cap. primo hæc sunt.

" ¶ Insuper ꝙ acutis morbis impari dierum numero, longis
" pari, iudicia, maxima ex parte accidant. ¶ Et cap. 8. Galeni verba hæc sunt.

" ¶ Vnde acutorum morborum in diebus imparibus iudiciũ
" contingit, in his enim & accessiones sunt, quæ igitur causa sit,
" ob quã in acutis morbis tertio quoque die plurimũ accessiones
" fiant, in longis autem vel quotidie, vel quarto, non promptum
" est inuenire, nec in præsentia disquirere necessarium, quòd ve-
rò sic eueniunt, oculis vsurpare licet. ¶ Et cap. 9. eius etiam ver
" ba hæc sunt. ¶ Cur autem & vigesimus, & vigesimusprimus,
" multo magis vigesimus, decernat, explicabo. Primum, quoniã
" huiusmodi morbus diuturnus iam est, & paribus diebus acces
" siones fiunt, deinde ꝙ septimana nõ integris septẽ diebus constet, veluti prius expositũ est. ¶ Et paulopost subiungit. ¶ Quo
" niã igitur vigesimus exactã periodũ propinquã sibi vendicat,
" tales iã morbi inueterascunt, & accessiones paribus diebus ac-
" cipiunt, quorũ verò accessiones in imparibus eueniũt, horũ &

iudicia

iudicia ad vigesimũprimũ delabuntur. ¶ Sensus est, morbi, aut acuti, aut inueterascentes, idest diuturni, qui acuti, in diebus im paribus accessiones faciũt: propterea eorũ etiã crises in vigesimoprimo die fiunt. Qui verò inueterascunt, paribus diebus ac cessiones edunt, & ob id vigesimũ diem criticũ reddunt. ¶ Sed contra, cũ ex Hippocrate primo de ratione victus in acutis. 8. crisis magis fiat in morbis acutis, quorũ febres omnino sunt cõ tinuæ, sequitur igitur per te, plures fieri crises in vigesima prima, q̃ in vigesima, nã morbi diuturni raro crisim faciunt, acuti verò ferè semper. ¶ Præterea morbus ꝑ te, qui criticat in vigesi ma inueterascit, & est diuturnus, qui verò ĩ vigesima prima acu tus, cũ autẽ crisis ꝑfecta, sit terminus morbi, ergo morbus diuturnus breuior erit, & citius terminabitur, q̃ morbus acutus, ꝙ est absurdũ & ab omni veritate alienũ ¶ Sed & hæc Galeni de morbis distinctio, ipsi etiã Galenò nõ satisfacit, eius verba cap. 13. hæc sunt. ¶ Nũ verò acutũ, vel diuturnũ, vel alio modo, mor „ bũ nominare conueniat, qui vigesimo die, verbi gratia, iudicã „ dus est, id nihil ægro præsidij affert. „

Verborum Galeni declaratio.

Prima obiectio.

Secunda obiectio.

Dubitationum, & Solutionum in 3. Galeni de diebus Criticis. Cap. 7

ILlud fortasse maiori dubitatione dignũ, quũ dixit virtutem luminis lunæ in coitione cũ sole in multas horas, & longũ tempus durare, eandem verò virtutem in oppositione subitam momentaneãque esse, ac tunc lunã ipsam in eo solũ diametrali puncto in mortalia influere, qui quidem influxus subitus momento temporis ꝑlabitur, eius verba cap. 3. hæc sunt. ¶ At ĩ ple „ nilunijs conuersiones, & his adhuc magis in congressibus pro- „ priũ hoc præter cæteras habent, illę siquidem celerrimas sta- „ tim mutationes faciunt, coitiones verò seu cõgressus inæqua- „ les, & diuturnas, nã quid ante lunã apparentem manifesto pro „ nunties nõ est, longũ autem hoc tempus occultationis est, in- „ tegri ferè signi cursum explens, porro mutationem ex incre- „ mento ad diminutionem, punctũ exactè definit, liquet autem „ hoc lunã quasi momentaneo tempore ꝑtransire, ratione igitur „ breues plenilunij mutationes sunt, diuturnę coniunctionales. „ Hæc Galenus. ¶ Causa igitur cur luna in coniunctione & diutius, & vehementius quàm in oppositione in hæc corruptibilia

agat,

agat, est quoniam in coniunctione Luna diu delitescit, ac occultationis quidem tempus longum est, ob id diuturnas etiam tunc in hæc generabilia facit mutationes, in oppositione verò quoniam celerrimè Luna augetur, celerrimeq; decrescit, ac pūctum illud diametrale statim pertransit, ob id mutationes quæ fiunt à Luna in plenilunio in hæc corruptibilia breues existūt. Hęc si mens Galeni est, suspecta certè est, Sed præstat si quid de hac re senserint Astronomi, in medium afferre. ¶ Dicunt igitur ipsi vigorem luminis Solis (vt ab ipso planetarum rege auspicemur) extendi circulariter à centro eius ad circunferentiā per gradus 15. Lunæ autem 12. Iouis & Saturni. 9. Martis. 8. Veneris & Mercurij 7. Hæc si vera sunt, quis negabit obsecro Lunam in diametro & oppositione Solis existentem non breuē, & momentaneam, sed temporariam virtutem, & in multas horas perdurantem mortalibus influere? antequam enim Luna oppositū Solis aspectū ꝑtrāseat, necesse est, vt & multū influat, & ꝑ aliquod etiā tempus influxus ille ꝑseueret. Si enim vigor luminis Lunæ vbicunque ipsa fuerit, duodecim gradus occupat, verisimile est, non breuiter & momento ferè, sed longo satis tempore influxum illum pertransire. Age verò ratione etiam philosophica hoc conuincamus. Constans enim philosophantium omniū sententia est, cœlestia corpora lumine & motu in hæc generabilia, corruptibiliaq; agere: vbi igitur luna ipsa maiori lumine terras illustrat, necesse est, maiorem quoque virtutem & influxum in sublunaria influat, sed nunquam maiori lumine mortalia irradiat, quàm quum ipsa in oppositione cum Sole fuerit, ergo tunc & diutius, & vehementius, q̃ in coniunctione, in viuentia omnia vigorem suū effundet, & imprimet, hanc rationē concludere, & demonstrare semper existimauimus, an autē quod intendimus assecuti sumus, aliorum sit iudicium, illud certè apud omnes testatum, ostensumq; per me erit Galenum alibi secus, atque hic, oppositumq; sensisse, quum dixit. ¶ Plerunq; triduo in coitu Solis remorata planè inuisibilis est, quo nondum hæc terrena immutare potest. Siue etiam inquit à triginta tres illos coitionis dies in quibus nihil de aere decernitur, auferre cogites. Si etiam à menstruali

Astronomorum de virtute planetarū sententia.

tempore

tempore exacto,quod ad triginta dies integros vnius dimidiũ „
maximè requirere dicebatur, tres coitus dies ademeris. &c. „
Hæc Gulenus. ¶ Sed de hoc, inferius cap.12.clarius, copiosiusq;, & quid Galenum sensisse credamus, differemus, ad quem locum candidum lectorem relegandũ existimamus.

Dubitationum, & Solutionum in 3. Galeni de diebus Criticis. Cap. 8.

PRobauimus hactenus, (ni fallor) Lunam in coitione cum Sole maiore vi,& diutius quã in oppositione in hæc fluxa, caducaq; non agere.nunc quã inconcinnè, infeliciterq; suũ illum mensem medicinalem Galenus composuerit, ostẽdamus prius tamen opinionem eius recitabimus, deinde pro nostris viribus infringendam curabimus. varij igitur secundũ Galenũ dantur menses, sunt autem numero quatuor, quos sigillatim enarrabimus. Primus est coniunctionalis, qui & Lunaris ab Astrologis appellatur,& est tempus illud quod inter vnam cõiunctionem,& aliam interiacet, tale autem tempus vigintinouem dierum,& duodecim horarum spatio clauditur.Sed vt huius mensis coniũctionalis perfecta, absolutaq; habeatur cognitio, exẽplo eã manifestandã duximus. ¶ Fiat igitur nunc nouiluniũ, Luna & Sole in primo gradu Arietis existentibus, quis est qui nesciat, Lunam tunc cum Sole coniunctam esse? facta tali coniunctione, Luna à primo gradu arietis recedere incipit, atque uiginti septem dierũ,& octo horarum spatio ad eũdem primum arietis gradũ, à quo recesserat,& vbi facta fuit coniũctio, reuertitur, totumq; peragrauit zodiacũ: quoniã verò Sol & ipse istis vigintiseptem diebus, & octo horis, recessit à principio arietis per gradus vigintiseptem, si Luna iterũ debet cum Sole coniungi, necesse est, vt vltra peragrationem cõpletã, quã iã absoluit, istos etiã vigintiseptem gradus pertranseat, vt ad Solem ipsum perueniat, quoniã verò Lũna quolibet die naturali mouetur ragulariter per gradus tredecim, & minuta ferè undecim, duob. dieb. illos vigintiseptem ferè gradus Luna pertransibit, Sol autem istis duob. dieb. duos alios zodiaci gradus peragrabit,& sic Sol erit in vigesimo nono gradu arietis, & qa à vigintiseptem gradibus in quibus reperitur luna, illis duob. dieb. ad viginti nouem, in quibus reperitur Sol, sunt duo gradus,

Mensis cõiunctionalis.

dus,& duabus quibusq; horis Luna gradum vnū & minuta.4. ptransit,quatuor horis duos illos gradus &.minu.8.Luna peragrabit, quæ quatuor horæ simul cū illis octo, duodecim horas constituunt,sic itaq; vigintinouem diebus, & duodecim horis iterum Luna in uigesimonono gradu arietis, & minutis.8.trigesimi cum Sole coniungetur. Et propterea ab vna coniunctione Lunæ cum Sole ad aliam,sunt vigintinouē dies,& duodecim horæ,quod tempus est mensis coniunctionalis,seu lunaris. Nunc reliquos menses declaremus. ¶ Secundus igitur in ordine est mensis Peragrationis, qui vigintiseptē diebus,& octo horis conficitur :hoc tempus à Luna totum zodiacū peragrando absumitur. Si enim ipsa à primo gradu arietis ad cancrum,mox ad Libram,deinde ad Capricornum, vltimo ad eūdem primū arietis gradum redierit,nō poterit neq; citius,neq; tardius regulariter progrediendo, totum illum zodiaci ambitū perficere,quam in spatio superius à nobis dicto,videlicet vigintiseptem diebus,& octo horis,hanc tamen in motu regularitatem non in corpore lunari(vt inferius demonstrabimus)sed in solo epicyclo reperiri dicimus, quoniam epicyclus regulariter semper in zodiaco progreditur,Luna autem modo velox, modo tarda circunfertur,Solus igitur epicyclus in spatio semper viginti septem dierum,& octo horarum totum zodiacūm percurrit,credidit autem Galenus non epicyclum, sed Lunam in spatio superius dicto totum zodiacum perficere. Hactenus de mense Peragrationis, quem à puncto ad idem punctū terminari diximus. Nunc tertio loco mensem manifestæ apparitionis aggrediamur,cuius vt perfecta à nobis tradatur notitia, repetenda sunt nonnulla quæ in mense coniunctionali dicta sunt. Diximus itaque mensem coniunctionalē ex vigintinouē diebus, & duodecim horis conflari, qui dies,& horæ inter vnā coniunctionem & aliam intercidunt, quoniam verò credidit Galenus Lunam in coniunctione tribus dieb.sub Sole occultari,ipsamq; tunc ob Luminis priuationem,terrena hæc immutare non posse iccirco tres illos dies à mense coniunctionali aiiciendos esse existimauit,quibus abiectis, statim mensis manifestæ apparitionis consurgit, propterq; illam trium dierū ablatio-

[Margin: Mensis peragrationis]

[Margin: Mensis manifestæ apparitionis.]

tionẽ, q̃ prius mensis coniũctionalis, mox mutato nomine, manifestæ apparitionis nuncupatur, quoniã tũc luna manifestum de se lumen mortalibus ostentat, hic igitur manifeifestæ apparitionis mensis, viginti sex dierũ, & duodecim horarum termino cõstabitur, Hæc de isto mense. Nunc quarto & vltimo mensem medicũ, vel (vt vocãt) Medicinalem, quasi à medico obseruãdũ, manifestemus, cuius natura facillimè dignoscetur, si quæ superius diximus, memoria tenuerimus. Ex horũ certè duorũ mensiũ, manifestę apparitionis, & peragrationis adinuicem ꝑmistione, mox per medium diuisione facta, mensis Medicinalis consurget: si enim mensis manifestæ apparitionis, & mensis peragrationis in vnũ coniungantur, quinquaginta tres dies, & viginti horæ prodibunt, qui dies, & horæ, si mox per mediũ diuidantur, tempus vigintisex dierum, & viginti duarum horarũ eueniet, tale autem tempus est mensis Medicinalis, qui mensis si iterũ per quãrtas, & septimas secetur, vnaqueque sex dies, & horas decem & septem cũ dimidia continebit, facta hac diligẽti diuisione, si contra, tres septimanæ in vnũ coniungantur, tempus viginti dierũ & quatuor horarũ cũ dimidia ꝓueniet. o præclarã huius mensis medicinalis compositionem, hæc autẽ sibi persuasit Galenus, vt ostenderet tres septimanas viginti dierũ spatio, & non viginti vnius, omnino terminari, & sic crisim ipsam in vigesima, & non vigesima prima, euenturã, qui & si multũ in hoc insudarit, & diutius se torserit, qđ tamen sperabat obtinere nõ potuit, quũ quatuor horæ cũ dimidia vltra vigesimã, excrescãt, & ita crisis ĩ vigesima prima tãdẽ eueniet. ¶ Ad huius autem fictitij mensis medicinalis positionem, quot inconuenientia, absurdaque sequantur, nunc breuibus ostendã. ¶ Constituam primo per te crises ipsas fieri omnino non posse, nisi luna zodiacum peragrando à principio ægritudinis ad tetragonum seu quadratum, vel oppositũ, vel ad quadratũ aliũ aspectum, vel demũ ad eundem zodiaci gradũ, in quo in initio ęgritudinis extiterat, peruenerit, & hoc etiam cõcederet Galenus, tales autem aspectus appellantur quartę, seu arcus, q̃ nonaginta zodaci gradibus terminantur, hos arcus quando luna in motu regularis est, & neque velox, neque tarda, in temporibus

Mensis medicinalis Galeni.

Mensis medicinalis impugnatio. Prima rõ:

æqualibus pertranſit, nunquã tamen eueniet, vt inferius oſtẽdemus, vt has quatuor continuatim quartas luna in vna zodiaci reuolutione regulariter, & in temporibus æquãlibus pertrãſeat, & abſoluat. Sed longius fortaſsè q̃ putarã, euagati ſumus. Vt igitur vnde digreſſi ſumus, reuertamur, dicimus, ꝙ ſi luna criſim primã excitare debeat, neceſſe eſt, vt nonaginta zodiaci gradus perficiat, ſi ſecundã, alios nonaginta, exempli gratia, Cadat Socrates in ægritudinẽ per criſim terminandã, luna in primo punƈto arietis exiſtente, nõ poterit citius criſim primã promouere, niſi quũ ipſa ſuo centro ad primũ punƈtũ cancri peruenerit, neque ſecundã excitabit, niſi ad primũ gradũ libræ acceſſerit, neque tertiã irritabit, niſi ad principiũ capricorni permeauerit, minus quartã inuitabit, niſi iterũ ad primũ arietis pũƈtum redierit, totũ autem hunc zodiaci ambitum quum nõ poſſit ipſa citius regulariter progrediendo, q̃ vigintiſeptem dierũ, & oƈto horarum ſpatio abſoluere, & quãlibet eius quartã diebus ſex, & horis viginti perficere: Sequitur ex his, menſem illũ medicinalem imperfeƈtum, inutilemque eſſe, quum criſibus minimè aptari poſſit, & perfeƈtã lunæ peragrationem non contineat & abſoluat, quæ perfeƈta lunæ peragratio vigintiſeptem diebus, & oƈto oris, & non vigintiſex diebus, & vigintiduabus horis terminatur, & quælibet zodiaci quarta ſex diebus, & viginti horis, & non ſex diebus, & horis decem & ſeptem cũ dimidia perficitur. Quæ differentia eſt horarũ decem per quas menſis ille medicinalis à menſe peragrationis perfeƈto deficit.

¶Sed quid multis moramur? cur in re tã aperta inſiſtimus? ad eius cõpoſitionem ſcindendã, & radicitus conuellendã, nos tandem accingamus, atq; ita ratiocinemur.

Secũda ratio. ¶Si talis duorũ menſium daretur miſtio, moxquè eorundẽ ꝑ mediũ diuiſio, abieƈtis prius à menſe coniunƈtionali tribus illis diebus, quibus ob coniunƈtionẽ cũ ſole faƈtã, luna non cõſpicitur, ſequeretur, dari aliquod tempus in quo ægritudo aliqua lunę motu, lumineve non gubernaretur, quod falſum abſurdumque foret, & ꝙ hoc ſequatur, ſic deduco. Prima die Aprilis in meridiè, quiſquis annus ille ſit, cadat Socrates in ægritudinem per criſim in ſeptimã terminandã, luna in primo gradu

arietis

arietis existente, quinta autem die Aprilis, per 4. horas ante meridiē, incipiat lunæ accessus ad solis coniunctionem, & sic constituamus ipsum per 4. dies antequā luna incipiat ad solem accedere, in ægritudinem cecidisse, certū est, quū luna ad primū punctū cancri peruenerit (quod eueniet per 4. horas ante meridiem octauæ secundū supputationem factā ex mense peragrationis) crisim tunc omnino excitare deberet, quod tamen secundum Galeni supputationem non faciet, quoniā in tribus illis vltimis ægritudinis diebus, qui sunt per 4. horas ante meridiem quintæ, ad 4. horas ante meridiem octauæ, luna ob accessum & recessum sub sole latitauit, qui tres dies in numero illo septenario secundū Galenū connumerari non debent, & à mēse coniunctionali omnino separantur, vt igitur crisis eueniat, necesse est, vt non per 4. horas ante meridiem octauæ, sed vlterius progrediendo, vsq; ad horas quinque, & minuta. 43. ante meridiem vndecimæ perueniamus, in tribus autem illis diebus, qui sunt per 4. horas ante meridiem quintæ, ad 4. horas ante meridiem octauę, Socrates ægrotans lunæ influxu destitutus, neque lumine, neque motu lunæ gubernabitur.

¶ Alio, quod intendimus, manifestemus exemplò, duodecima die Iunij in meridie febricitet Plato Luna in primo gradu Cancri existente, tuncq; etiam Luna incipiat ad Solem accedere, quum ipsa ad primum librę punctum deuenerit, crisim promouere deberet, quoniam arcum quartæ zodiaci iam pertransiuit, & absoluit, nulla tamen tunc crisis futura est, quum per Galenum tres primi dies, quibus illa sub Sole delituit, ad mensem medicinalem constituendum non concurrant, & sic eo tēpore Luna ob coniunctionem, neque Lumine, neq; motu, in Platonem ęgrotantem uirtutem suā effundet, & influet, & si crisis futura sit, non modo necesse est, ut Luna zodiacū peragrando, ad primum Librę gradum perueniat, sed totam Libram prætereundo post terga relinquat, & sic regula illa à Galeno de zodiaci quartis tradita imperfecta, defectuosáque remaneat necesse est. Tertia ratio.

¶ Illud tamen candidum lectorem admonuisse velim, me nullo pacto negare dies criticos, quos Hippocrates & Galenus

Sẽfere hoc idem Conciliator differẽtia 104. Picus in 3. aduersus Astrologos cap. 16. Manardus in 15. epistolarũ, epistola. 5. vide ibi.

diligentissimè obseruarunt. ¶ Sed quòd effectus ille, qui crisis est, quiq; vigesima die fit, referri, reduciq; debeat ad eã causã, quã sibi finxit Galenus, hoc est ad mensem medicinalem, hoc omnino negãdũ esse opinamur, neq; enim effectum, sed effectus causam à Galeno assignatã negãdã esse arbitramur. ¶ Sed odij immortales, quas inimicitias, & insidias in me parari video? quę tragedias excitabo? nõ ignoro quantã mihi cõcitem pugnã, quę mea est audacia, vt Galeno medicorũ principi aduersari ausim, quem tamen tot Viri eruditissimi ita admirantur, adorant, vt non hominem, sed Deũ quẽdã cœlo in terras delapsum arbitrentur, & tanta in hoc viro iã inest authoritas, vt ab ijs, quæ dicit, dissentire pudeat. ¶ Cæterũ nec Galenus etiã ipse si uiueret, hoc ægrè ferret, cũ in libro de ordine suorũ librorũ præcipiat, & admoneat, philosophũ hominẽ nemini, nisi veritati addictũ esse debere, hanc eandẽ sententiã in libro de libris proprijs habuit ipse Galenus cuius verba hæc sunt. ¶ Serui enim mihi illi esse videntur, quicunque se vel Hippocraticos, vel Praxagoricos, vel alios alterius sectę appellari volunt. ¶ Si quis etiã hæc diligentius considerauerit, ac æqui boniq; consuluerit, me Galeno non aduersari, sed in eũ dubitasse facile animaduertet, cũ ipse operis titulus Dubitationũ & solutionũ sit inscriptus, dubitasse enim de singulis non esse inutile in prædicamẽtis Aristoteles philosophorũ grauissimus rectè determinauit.

Dubitationum, & Solutionum in 3. Galeni de diebus Criticis. Cap. 9.

NAtura certè ita cõparatũ est, vt quũ quid nõ ex animo vel dixerimus, vel scripserimus, recta deinde conscientia moti, errorẽ statim nostrũ sponte manifestemus. hoc Galeno euenisse pspicuũ est, ꝙ enim in hoc tertio sibiipsi non satisfecerit, & non omnia quæ scripsit, approbauerit, facile vnusquisq; diiudicabit, si eius verba diligentius inspexerit. quæ sunt hæc.

¶ Quapropter exactã vel misturã, vel ablationẽ Deus tãtũ nouit. ¶ Et paulo post statim subnectit. ¶ Nos siquidẽ hæc paucis planè ijsq; inuito scripsisse affirmamus, vos o Dij ĩmortales nouistis, vos in testimoniũ voco, hæc me amicorũ quorundam precibus vehementer adactũ scriptis mandasse. Hæc Galenus. ¶ Hunc itaq; librũ tertiũ Galenũ scripsisse opinamur, vt & amicis

cis more gereret, & vt etiã crisiũ ipsarũ, vigesimæ præsertim, causam aliquã, si non verã, saltem probabilem, & apparentem assignaret, & propterea vt mensem suũ cõponeret, lunã tribus plerunq; diebus sub sole occultari, tresque illos dies à mense coniunctionali abijciendos esse asseruit, neq; tamen ob id inter dies criticos connumerandos non esse dixit. ¶ Magnæ itaq; sunt habendæ Galeno gratiæ, ꝙ quãuis dierũ criticorũ causas veras non inuenerit, vt illas tamen inueniret, magnum studiũ & diligentiã adhibuerit, neque aliquis hactenus probabilius q̃ Galenus ipsas assignauerit. ¶ Quare decipi fortasse medicorũ nonnullos existimamus, qui in praxi mensem illũ medicũ obseruãtes, ex singulis diebus singulas semper subtrahunt horas, & sic ex qualibet septimana septẽ etiã horas, vel sex cũ dimidia subtrahunt, atq; ita in omnibus ægritudinibus mensem illũ sic obseruant, ac si regulã quãdã, & methodũ vniuersalẽ à Galeno nobis fuisse traditã existiment, nec uideãt mensem illũ non alia de causa à Galeno excogitatũ, nisi vt inueniret quomodo vigesima, & non vigesima prima critica esset, nec propterea à medico in praxi, in septima, & decimaquarta obseruandũ esse, quũ nec Galenus id præcipiat, nec Galeno etiã ipsi sua excogitatio satisfaciat, quũ quatuor etiã horæ cum dimidia vltra vigesimam excrescãt. ¶ Non negauerim ego quin in morbis aliqua fiat horarũ subtractio, vt voluit Hippocrates 3. prognosticorũ quũ inquit. ¶ Fieri vero non potest vt horum »
vllũ integris diebus eximiè numeretur, nõ enim annus, ac men »
ses integris numerari diebus natura apti sunt. ¶ Propterea & nos in morbis, acutis præsertim, horarũ subtractionem concedimus, eã scilicet quæ ex motu lunæ colligitur, quũ enim luna sex diebus & horis viginti, quartam zodiaci partem percurrat, propterea à die septima quatuor duntaxat horæ, non sex cum dimidia subtrahi debere existimamus: idem etiam dicendũ est de secunda septima, quæ duæ septimę non à mense medicinali, sed à sola lunæ in zodiaco peragratione criticæ efficiuntur, quemadmodũ etiã superius clarius ostendimus. ¶ Quoniã autem eo ĩ loco vbi Galenus mense medicũ cõficit; cõtextũ corruptũ castigãdũ duximus, ob id verba eius recitabimus, q̃ sũt hęc.

Galeni Laus.

Quorũdã error.

¶ Quum

& ducentesima quadragesima sex, quæ iuncta vigintiquatuor, triginta partes (medietatem videlicet horæ) complent. quare delendum: ἕξ in græco codice, atq; in hac parte barbara editio non solum nouā interpretationem, sed & græcam ipsam lectionem uincit. ¶ Hæc in epistolis Manardus, cuius eo sæpius mentionem facio, q̄ ob senectutē, & doctrinā de re medica optimè meritus sit, & politioribus etiam candidioribusque literis sit præditus, septimo ab hinc anno ipsum fatis naturæque concessisse accepimus, dignus certè Vir qui lōgiori vita frueretur, nos & si hominem nunquam viderimus, eius tamen morte ita animo consternati sumus, vt à luctu mœroreque temperare nequiuerimus, præclara enim illius monumenta arguunt, quantum Vir ille ingenio, & eruditione præstiterit.

Ioānis manardi Laus

Dubitationum & Solutionum, in 3. Galeni de diebus Criticis. Cap. 10.

ILlud etiam silentio inuoluendum non est, quod Galenus in fine eiusdem tertij cap. 8. dixit, eius verba hæc sunt... ¶ Etenim in secundo die natura aliquo modo valida est, item in 4. adhuc magis quàm in sexto, sed in quo nondum ad certamen venire audet.

¶ Suspectum autem est, quod dicit hic Galenus naturam scilicet non audere ad certamen venire, natura enim ex Aristotele in fine. 2. de interpretatione & 9. Metaphisices contextu cōmenti. x. nisi impediatur necessariò agit, agente naturali approximato passo, & non impedito, necessariò prouenit actio, & propterea non est dicendum ipsam quandoque audere, quandoque non audere ad certamen venire, quum & semper & necessariò agat, hoc enim discrimen est, inter agentia naturalia tātum, & agentia secundum electionem, vt sunt artificialia, quæ enim agentia naturalia sunt, sine electione, & semper & ex necessitate, ac alterū duntaxat contrariorum agunt, à philosophis potentiæ irrationales appellantur. Quæ verò agentia secundū electionem sunt, vt sunt artificialia, cū electione, nec semper, nec ex necessitate, ac duo contraria agunt, à philosophis potentiæ rationales nuncupantur. ¶ Ignis enim quoniā agens naturale est, si propè apponatur combustibile, nisi impediatur, impossibile est, quin in tale combustibile agat.

Quid sit agens naturale.

Quid sit agens artificiale.

Agentis naturalis declaratio.

¶ Car-

Agentis artificialis manifestatio.

¶ Carpentarius verò quoniam secundum electionem agit, poterit quidem à materia lignea abstinere, & cum voluerit, ipsam incidet, & non incidet, propterea quòd cum electione, & non ex necessitate agit.

Dubitatio.

¶ Sed dicat aliquis, si natura agens naturale est, cur semper non agit in humorem facientem morbum ipsum expellendo extra corpus? videmus enim non nisi in die critica expulsionem fieri.

Responsio.

¶ Ad hãc dubitationem respondentes, dicimus, quòd si natura debet agere, opus est, vt materiam habeat, in quam agat, aliter non aget, ex agente enim propè passum apposito resultabit actio, nulla verò naturæ erit actio, nisi tanta materiæ quantitas congregetur, quæ vel mala qualitate naturam irritando, uel multitudine ipsam aggrauando, ad certamen, quæ crisis est, prouocet, vt est sententia eiusdem Galeni in fine 2. de differen. feb. vbi ipse quatuor assignat causas longitudinis vel breuitatis ipsius accessionis, inter quas est materiæ multitudo, quod dixi de accessione idem etiam dicendũ est de die critica, quæ non nisi in accessione fit, vt est sententia Hippocratis quũ inquit, in paroxysmis & circa morborum status maximè spectãtur crises. Præter materiæ multitudinem, vt crisis eueniat, opus est, vt natura materiam ipsam prius concoquat, & expulsioni præparet, concoctioni autem natura semper insistit. Et propterea respondentes dicimus, quòd natura quoniam agens naturale est, semper agit in humorem facientem morbum, ipsum prius concoquendo, vltimò illum extra corpus expellendo. Præterea vt crisis eueniat, opus est, vt Luna zodiacum peragrando, vel quadrato, uel opposito aspectu, signum in quo ipsa incipiente morbo, erat, nulla interim luminis ratione habita, cõtueatur, Sola enim Lunę in signifero circulo peragratio, unà cum prædictis aspectibus reclamante interim Galeno qui lumen etiam necessarium esse asserere uidetur, ea est à qua crises ipsæ producuntur. Quum ita in coniunctione quando nulla est apud nos lunę illuminatio, sicuti in quocũque alio aspectu, crises ipsas fieri, & ratione superius à nobis demonstratum, & experientia etiam compertum est. Sed longius, quàm putaram,

Solutionẽ huius difficultatis vide superius cap. 4.

ram, digressi sumus. ¶ Dubitationem igitur, quā superius proposuimus, soluentes, dicimus, quum Galenus dixerit naturā non audere ad certamen venire, per audere idem voluit, quod non posse, calor enim naturalis, qui idem est, quod natura secundum Hippocratem vel morbo, vel humoris noxij qualitate, vel pugna præcedenti prostratus, non potest iterum ad certamen uenire, hoc est, non potest iterum materiam ipsam aggredi. Hæc est, ni fallor, dubitationis à me superius adductę solutio. ¶ Vel etiā & rectius dicendum, Galenū hic secutū fuisse Hippocratem apud quem, idem est anima, natura, & calor naturalis, vt recitat, Galenus primó aphorismorum 15. anima autem apud Hippocratem intelligit, atq; vniuersam corporis fabricā percurrens, eius affectiones cognoscit, sentit, videnda videt, audienda audit, sed nec oculis, nec auribus, gaudet, mœret, & dolet, cogitat, reminiscitur, eligit, præterita, præsentia, & futura cognoscit, ratiocinatur, plerunque etiam in somnijs partes affectas ostendit, vt ei contigit apud Galenū qui lapideū sibi factū crus somniās, experrectus, neruorum resolutionem, quam paralysim vocant, in crure illo passus est. ¶ In libro etiam de carnibus Hippocratis verba hæc sunt.

Dubitationis Solutio. 1.

Solutio. 2.

Vide Gale num. 3. de locis aff. cap. 3.

¶ Et videtur sanè mihi id quod calidum vocamus, immortale esse, & cuncta intelligere, & videre, & audire, & scire omnia tum præsentia, tum futura. ¶ Rectè itaque dixit Galenus naturam & audere, & non audere ad certamen venire, cùm natura idem sit quod anima & calor naturalis.

Conclusio.

Dubitationum, & Solutionum in 3. Galeni de diebus Criticis. Cap. XI.

SVperiori Capite 8. satis superque à nobis dēmonstratū arbitramur mensem illū medicinalem non modo ab Astrologis, sed nec à medicis quidem recipiendum, admittendūve esse & à philosophorū etiā scholis explodēdū, atq; exsibilādū: nūc qđ polliciti sumus, lunā in vna zodiaci peragratione, in tēporibus æqualibus æquales arcus, & quartas zodiaci nō pficere, edoceamus, vt autē rē hāc melius aperiamus, necesse est, vt prius, q̄d de lunę situ motuve ac eius orbib. scripserint Astronomi, breuiter recitemus. Astrologorū itaq; omniū q Ptolemæū secuti sūt, cōstās semp fuit opinio, lunā ipsam, pter epicy-

I clum

dum in quo defertur, quatuor alios habere orbes, vnũ simpliciter mundo concentricum, quem caput draconis deferentẽ appellarunt, duos alios secundũ vnã superficiem cõcentricos, secundũ aliã eccentricos qui deferentes augem vel (vt eruditius loquar) deferentes apsidem eccentrici lunæ appellantur, vnum alium in horum duorum medio collocatum simpliciter mundo eccentricum, quem epicyclũ deferentem appellare libuit. Superior ille caput draconis deferens secundum vtranq; superficiem mundo concentricus, ab ortu in occasum præter motũ primi mobilis tres alios orbes, quos ambit, quolibet die naturali per tria minuta ferè secum trahit, duo alij partim concentrici, partimque eccentrici superioris orbis motum secuti, ac eius tarditatem quodam modo exprobrãtes & superantes, ipsi quoque ab ortu in occasum, vltra motum primi mobilis, quolibet die naturali vndecim gradus, & duodecim minuta ferè perficiunt. Solus ille medius secundum vtranque superficiem eccentricus, deferens epicyclum nuncupatus, contra aliorum orbium motum nixũs, ab occidente in orientẽ ita circum fertur, vt per eius motum, centrum epicycli tredecim gradus & vndecim minuta ferè de zodiaco quolibet die naturali regulariter pertranseat, linea enim à centro mundi per centrum epicycli ad zodiacum protracta (quæ linea epicycli, & linea medij motus dicitur) in temporibus æqualibus super centro mundi æquales angulos constituit, & de zodiaco æquales arcus pertransit. Quũ autem linea hæc semp vigintinouem dierũ spatio duodecim horarũ & minutorũ 44. totum zodiacũ pcurrat, & hæc eadem medium motum conficiat, propterea hac in re, nõ rectè sensisse Manardum in 15. epistolarum, epistola quinta existimamus, qui dixit tam coniunctionem mediam, quàm verã semper variari. Epicyclus autem motum sui deferentis aspernatus, & priorum aliorum orbium motum secutus, ab oriente in occidentem perfertur, quum autem centrum epicycli propter motum sui deferentis ab occidente in orientem semper in spatio vigintiseptẽ dierum & octo horarum totũ pertranseat zodiacum, luna tamen ita in epicyclo sicuti nodus in tabula infixa, propter motum sui epycicli ab oriente scilicet in occidentem

Manardi error.

tem

tem, qui motus motui deferentis opponitur, non ita cito in epi cyclo, ſicuti epicyclus in zodiaco circumfertur, neque in eo tẽpore in quo epicyclus totum circuit zodiacum, luna pertranſit totũ epicyclũ: quum enim epicyclus tredecim gradus & vndecim minuta ferè de zodiaco regulariter quolibet die naturali ꝑtranſeat, & ſic in ſpatio vigintiſeptem dierũ & octo horarum totũ zodiacũ percurrat, luna autem in epicyclo quolibet diė naturali tredecim gradus & ſex minuta ferè peragat, tardius luna totum epicyclũ, quã epicyclus totũ zodiacum permeabit, quoniã motus vnius tardior eſt motu alterius, differentia autem horum duorũ motuũ ſunt minuta quinq;, quibus motus lunæ in epicyclo ſuperatur à motu epicycli in zodiaco, propter quã diuerſitatem, ſequitur lunã ipſam non ſemper eodem temporis ſpatio, & in longiori etiam tempore, q̃ faciat epicyclus, totũ zodiacũ percurrere. ¶ Hæc quę ab Aſtrologis obſcura, perplexa, & intricata, nos quantum potuimus, manifeſtiora candidioraque, reddidimus, eo autẽ conſilio id fecimus, vt ſi quãdo hæc noſtra commentaria in hominem eruditum inciderint, is & noſtrã diligentiã approbet, & latinæ religioſæque eius aures barbarie non offendantur. Sed ad inſtitutum noſtrũ reuertamur. Quum igitur ex his quæ ſuperius diximus, ſatis iã conſtet lunã ipſam ad motũ epicycli circa centrũ eiuſdẽ moueri motu oppoſito motui deferentis, ſequitur ꝙ quum ipſa in apſide ſui epicycli cõſtituta fuerit, tardius ĩ zodiaco mouebitur, vndecim enim ferè gradus ſigniferi circuli in die naturali ab oriente in occidentem tunc ſolum peragrabit, & ſic quartã vnã zodiaci diebus octo & horis quatuor luna perficiet, & criſis ſeptimæ in nonam ſalubriter diem prorogabitur. Contra verò ſi luna in oppoſito apſidis ſui epicycli reperta fuerit, tunc velociſſimė in zodiaco mouebitur, propterea ꝙ motus eiuſdẽ motũ deferentis adauget, & accelerat, & duo iſti motus tam lunæ q̃ deferentis in eandem concurrentes partem ab occidente in orientem terminantur, & tunc luna quindecim ferè zodiaci gradus in die naturali percurrit, ad quã velocitatẽ ſequitur lunã ipſam quartam vnam zodiaci ſex diebus peragrare, & ſic criſis in die ſexta, & non in ſeptima laudabiliter pręueniet, alterã autem in de-

cimatertia & non decimaquarta euenire necesse est. Hic autē lunæ motus aliorū planetarū motui oppositus est, quoniā illi in apside epicycli motū sui deferentis, qui ab occidente in orientem est, sequuntur, & tunc sunt & cursu veloces & directi, in opposito autem apsidis epicycli motū deferentis aspernati, tardi redduntur cursu, & retrogradi, sed ad lunā reuertamur, si itaq; eueniat vt ipsa inter apsidem & oppositū sui epicycli media reperiatur, tunc neq; tardè, neq; velociter in zodiaco mouebitur & motus eius motui centri epicycli in zodiaco æquabitur, qui semper est gradus tredecim & minuta vndecim, & tunc prima crisis die septima hora vigesima eueniet. Hanc autē lunæ motus diuersitatem Galenus in hoc tertio non distinguens, in dierū criticorū constitutione ipsum errasse creditū est. Hæc ante nos Cōciliator etiā ipse (licet diminutè) in differentijs suis, differentia 104. adnotauit, tā & si nos non à Conciliatore, sed ab Astrologis ipsis hæc omnia didicerimus, nec Galenū tueri valens Conciliator intrepide apertoq; ore dixit ipsum pfectā Astrologiæ cognitionem non habuisse, Ptolemeū autem exactissimè eā calluisse, vt suspicari interim liceat libellū illū de decubitu ægrotantiū nuper à Iosepho Strutio latinitate donatū Galeni non fuisse, & eruditi etiā nonnulli testātur ipsum à Galeno nō fuisse editū, quorū sententiā eo libentius sequutus sum, proptērea ꝙ quāuis ibi velocitatis tarditatisq; lunæ meminerit, quum dixit. ¶ Ante omnia considerare oportet progredientem lunā, sit ne in augmento, an decremento sui cursus, nō luminis, ī quo multi decepti sunt. ¶ Quia tamen quisquis author ille fuerit, hæc, ferè in limine, verba, viro certè docto indigna, scripsit, ob id crediderim Galeni omnino non esse, quæ sunt hæc.

Libellus de decubitu ægrotantiū non est Galeni.

" ¶ Decumbente igitur aliquo dum luna est in ariete, existēs " in schemate solis, morbus accidet ex eo quòd ægroto à radijs " solis caput exustum est, dolor erit in membranis capitis, erunt febres continuæ &c. ¶ Quasi verò necesse sit, dum luna fuerit in ariete, & in aspectu solis extiterit, omnes tunc ægrotantes ex ardenti sole decubuisse, omnesque ægritudines, vel dolores capitis vel febres continuas esse. Illud interim dissimulandū non est, ꝙ etiā in hoc de diebus criticis tertio (pace Cōciliatoris

&Pi-

& Pici Mirādulani) velocitatis tarditatisq; lunæ Galenus meminit. cuius verba hæc sunt. ¶ Non enim ex æquo semper mouetur. ¶ Si igitur non ex æquo semper mouetur, velocem quādoq; lunā, quandoq; tardā Galenū sensisse credendū est. Hæc si dixerimus, nullas in nos tragedias excitabimus, tantūq; aberit, vt Galeno aduersemur, vt nullus magis q̃ nos illi patrocinetur. Sed ad vlteriora progrediamur. Conciliatoris & Pici hallucinatio.

Dubitationum & Solutionum, in 3. Galeni de diebus Criticis. Cap. 12.

HActenus lunæ motū, quotve eius sint orbes pstrinximus, nunc nonnullas apparentes in Galeno contradictiones soluere tentabimus, eius igitur verba cap. 3. tertij de diebus criticis hæc sunt. ¶ Luna verò particulares cuiusq; mensis dies disponit, paruæ mutationis facultatē habens, eamq; non simpliciter ex se, verū ex solis aspectu cō sequitur, vehementiores itaque mutationes eueniunt vbi ipsa cū sole coit, insuper in apparitionibus plenilunij. ¶ Translatio etiā antiqua quæ clarior videtur, ita habet. ¶ Et fortior quidem impressionū eius est quādo est cōpar soli, & quando fit opposita. ¶ Subdit postea Galenus in trāslatione noua. ¶ Minores his contingunt, dū medio orbe apparet, obscure, dū curuata in cornua ac falcata videtur, nā validissima eorū quæ prius erant mutatio coitu lunæ, & dū obscurascit (alius codex habet non illustratur) committitur. ¶ Et paulo post subnectit.

¶ At in plenilunijs cōuersiones, & his adhuc magis in congressibus propriū hoc præter cæteras habent, illæ siquidem celerrimas statim mutationes faciunt, coitiones verò seu congressus inæquales & diuturnas. ¶ Et tandem concludendo inquit. ¶ Ratione igitur breues plenilunij mutationes sunt, diuturnæ cōiunctionales. ¶ Videtur hactenus Galenus determinasse, lunā ipsam plus & vehementius eo tēpore quo sub sole moratur, quūque in oppositione est, mortalia hæc caducaq; alterare, ac maiores vehementioresq; mutationes tunc inducere, q̃ dū curūata in cornua ac falcata cōspicitur, nā validissima inquit, eorū quæ prius erāt, mutatio, coitu lunæ, & dū obscurascit, committitur. Sed videamus quid ipse inferius suum illum mensem medicinalem cōstituens dixerit, eius verba hęc sunt.

¶ Vnde

" ¶ Vnde non semper vnum tempus est, quo clarè luna cōspicitur, plerumque triduo in coitu Solis remorata planè inuisibilis est, quo nondum hæc terrena immutare potest, & quodā modo tempus tum peculiaris eius circuitus tum in nos actionis in idem recidit, etenim circuitus vicenis diebus septenisq́; & tertia ferè diei parte peragitur, in tanto enim tempore totū signiferi circulum percurrit, at ꝙ is circuitus quo Luna nobis lucescit, eidem quoque numero conueniat, perspicuè sanè intelliges si occultationis tēpus ex toto mēstruo tēpore eximas.

¶ Alio etiam in loco cap. 9. eius uerba hæc sunt.

" ¶ Nō solū autē lunę circuitus, sed menstruum etiam tempus apparitionis virtutem quandam in nos possidet. ¶ Ergo ex Galeno quando luna non apparet virtutem nullam in nos habet. subdit postea Galenus. ¶ Siue enī à triginta tres illos coitionis dies in quibus nihil de aere decernitur, auferre cogites, siue à 29. & dimidio, reliquum tempus quo luna manifestum de se lumen præbet, priore modo septem & viginti dies, altero vigintisex & dimidium habebit.

¶ Paulo etiam post, hęc verba subnectit.

" ¶ Nam si à menstruali tempore exacto, quod ad triginta dies integros vnius dimidiū maximè requirere dicebatur, tres coitus dies ademeris, reliqui videlicet vigintiseptem minus diei dimidio erunt.

¶ omnibus in his locis oppositum eorum, quæ superius dixerat, Galenum determinasse, ac sibi ipsi contradixisse quispiā fortasse existimabit. in his enim locis Galeni clara mens est, lunam ipsam dum sub Sole moratur, mortalia hæc minimè alterare, ac nullas mutationes tunc in sublunaribus efficere.

" ¶ Plerunque inquit triduo in coitu Solis remorata planè inuisibilis est, quo nondum hæc terrena immutare potest. Siue etiā inquit à triginta tres illos coitionis dies, in quibus nihil de aere decernitur, auferre cogites, siue etiam à menstruali tempore exacto tres coitus dies ademeris, reliqui videlicet vigintiseptem minus diei dimidio erunt. ¶ Qui dies vigintisex cum dimidio suum illum mensem medicinalem constant, atque constituunt.

¶ Ad

¶ Ad hanc autem apparentem contradictionem tollendã, nonnulli dixerunt, ꝙ actio, quę fit à luna in hæc inferiora, in oppositione, fit propter præsentiam luminis lunæ, in coniunctione autem ob absentiã eiusdem luminis, quemadmodũ enim inquiunt sol sui præsentia producit caliditatem, & sui absentia producit frigiditatem, ecce dicunt ipsi, duo isti effectus producuntur ab vna & eadem causa scilicet à Sole, idem etiã dicendum est de luna quæ suo lumine in oppositione producit crisim, & priuatione etiam luminis in coniunctione similiter producit crisim. Confirmatur responsio ista ex Aristotele secundo physicorum 30. vbi dicit, ꝙ nauta sui præsentia seruat nauim, & sui absentia submergit nauim, qui duo effectus producuntur ab vna & eadem causa scilicet à nauta. Hactenus ipsi. ¶ Solutio ista (quod pace horum dictũ sit) nec sapit philosophiã, nec tollit contradictionem. Quoniã Aristoteles secundo physicorum à 28. vsque ad 39. declarans ipse latitudinem causarũ naturaliũ, dicebat quasdam esse causas per se, quasdã per accidens, vt in exemplo de nauta, ꝙ enim nauis seruetur, præsentia nautę est causa per se, ꝙ rursus nauis submergatur, absentia nautæ est causa per accidens, causa autem efficiens per se submersionis nauis est ipsa maris tempestas, & crebra ac vehemens ventorũ in nauim conspiratio: vnius autem effectus per se, vnica est efficiens causa per se, nón plures, si verò duę vnius effectus repe riantur causæ, altera semper erit per se, altera per accidens, vel si ambæ sint per se, altera erit vniuersalis, & remota, altera particularis, & coniuncta, impossibile enim est vnius effectus per se plures reperiri causas efficientes, propinquas, & ꝑ se, nisi sint concausæ, vt si Socrates & Plato trahant nauim. Causa verò ꝑ accidens nunquam producit effectum per se, absentia itaque nautæ quoniam est causa accidentalis respectu submersionis nauis, non est illa, quæ per se submergat nauim, sed vt dixi, est ipsa maris tempestas, & ventorũ conspiratio, minus valet exẽplum illud de Sole, quoniam caliditas non formaliter, sed virtualiter (vtamur interim & nos terminis istis quamuis barbaris attamen philosophicis) à Sole in æstate producta, est effectus, & qualitas specie distincta à frigiditate in hyeme ex priuatio-

Quorundã Solutio.

Impugnatio.

ne luminis Solis per accidens effecta, ficuti nauis incolumitas ex præſentia peritiaq; nautæ producta, erat effectus ſpecie diſtinctus à naufragio, vel abſentia, vel imperitia nautæ per accidens patrato, ad uariationem igitur iſtarum cauſarum, variati etiam ſunt effectus, quod non ita eſt in criſi, quæ fit in coniunctione & oppoſitione, vbi neq; cauſæ neque effectus ſpecificè permutãtur. Quę diximus quoniam vel mediocriter in Ariſtotile exercitato notiſſima ſunt, non longius in his immorabor. Cognita igitur hac cauſarum diſtinctione, apparet quantum iſti à veritate ipſa aberrauerint, qui dixerunt Lunam ipſam abſentia ſui luminis ita per ſe producere criſim, ſicuti præſentia eiuſdemmet luminis, patet etiam, q̃ falſum abſurdumq; ſit, fateri Solem ſui abſentia ita per ſe producere frigiditatem, ſicuti ſui pręſentia per ſe producit caliditatem, neque viderunt iſti caliditatem, & frigiditatem, quæ ſunt qualitates contrariæ, non poſſe per ſe produci, niſi à cauſis per ſe contrarijs, quum effectus per ſe contrarij, & oppoſiti ſemper producantur à cauſis per ſe contrariis, & oppoſitis, vt clariſſimè ſuperius ex Ariſtotele demonſtrauimus. Iam vero quòd iſti non rectè philoſophati ſint, minuſq; Galenum a cõtradictione defenderint, altero medio ſic probo. Effectus per ſe poſitiuus ſemper producitur à cauſa ꝑ ſe poſitiua, ſed criſis in cõiũctione eſt effectus per ſe poſitiuus, eſt enim ſubita ad ſanitatem conuerſio, ergo debet produci à cauſa per ſe poſitiua, tam maior quàm minor per ſe notæ ſunt, abſentia aũt luminis Lunæ eſt cauſa nõ per ſe poſitiua, ſed priuatiua, ergo non poteſt producere effectum per ſe poſitiuum, quod dixi de abſentia luminis Lunę, idem etiã dicendum eſt de abſentia l uminis Solis, & de abſentia nautę in naui, quę quum ſint cauſæ merè priuatiuę, & accidentales, nunquam poſſunt producere effectus per ſe poſitiuos, quales ſunt frigiditas in hyeme, & naufragium in naui. Nõ negauerim ego quin frigiditas in hyeme, & naufragium in naui per accidens, ſed non per ſe, ex abſentia Solis, & nautæ cauſentur, vt uoluit Ariſtoteles in loco ſuperius citato 2. phyſicorum a. 28. vſque ad 39. & 2. de generatione & corruptione cõtextu. 56. & 12. metaphyſices 33. & 34. vbi dicit, ꝙ ſecundum acceſſum & receſſum

Solis

Solis in circulo obliquo fiunt generationes, & corruptiones in his inferioribus, ad quę loca candidum lectorem relegandū existimamus, neq; enim hic omnia recensere cōstituimus, qđ & alienum esset, & moram etiam atq; impedimentum his q̄ sequuntur, inferret: satis enim est sitientibus fontem demonstrasse; frigiditas autem in hyeme, & caliditas in æstate opponuntur secundum priuationem, & habitum, sicuti cęcitas & visio, lux, & tenebræ, neque vlla alia assignanda est causa per se, vel efficiēs, vel positiua, frigiditatis in hyeme, q̄ Solis absentia, quæ non per se, sed per accidens, vt dixi, causa est frigiditatis in hyeme, vel si aliqua assignanda est causa per se frigiditatis in hyeme, illa erit terræ, & aquæ frigiditas vel septentrio aerē nos ambientem infrigidans. ¶ Pro solutione igitur istius apparentis contradictionis puto dicendum esse, q in illis verbis.

Contradictionis Solutio propria.

¶ Vehementiores itaq; mutationes eueniūt vbi ipsa cum Sole coit, insuper in apparitionibus plenilunij, minores his cōtingunt dum medio orbe apparet, obscuræ, dum curuata in cornua ac falcata videtur, nā validissima eorū quæ prius erant, mutatio, coitu lunæ, & dū obscurascit cōmittitur, quippe q̄ prius apparebat, nunc nulli conspicitur, dein diametra lunæ statio tā q̄ distinguens eā, ī binasq; partes secās cōtrarias lunę eiusdem dispositiones omnium est validissima quòd verò dispositio in crementū diminutioni maximè sit contraria verbis non indiget. ¶ In his hactenus verbis Galenus agit de mutationibus, quæ fiunt in luna ratione luminis, per mutationes igitur ipse intelligit non illas, quæ fiunt à luna in his generabilib. & corruptibilibus, sed quæ fiunt in luna ratione luminis, dicitque fieri maiores mutationes in luna ratione luminis in coniunctione, q̄ in oppositione, quippe quæ, inquit, prius apparebat. idest, ante cōiunctionem, nunc nulli conspicitur, hoc est in coniunctione, idem voluit Galenus quum inferius dixit.

¶ At in plenilunijs cōuersiones, & his adhuc magis in cōgressibus ꝓpriū hoc ꝑter cæteras habent, illę siquidē celerrimas stati mutationes faciūt, coitiones verò seu cōgressus inęquales & diuturnas, nā q d ante lunā apparente manifesto ꝓnūties, nō est, lōgū aūt hoc tempus occultationis est, ītegri ferè signi cur-

" ſum explens, porrò mutationem ex incremento ad diminutio
" nem punctũ exactè definit, liquet autem hoc lunã quaſi mo-
" mentaneo tempore pertranſire; ratione igitur breues plenilu-
" nij mutationes ſunt, diuturnæ coniunctionales. Hæc Galenus.

¶ Agit itaque iterum hic de mutatione luminis lunæ, quæ attenditur penes præſentiam, vel abſentiã luminis, vel penes maius, aut minus crementum, vel decrementum in lumine, quando enim ipſa eſt propè oppoſitionem, in illo diametrali tranſitu parum augetur, parumq; diminuitur in lumine, ita vt difficillimum ſit tunc cognoſcere, an diametralem oppoſitionem pertranſierit, nec ne, & propterea tunc mutationes illę in luna ratione luminis celerrimæ fiunt, contra verò in coniũctione ob vniuerſam luminis priuationem, ac longã eiuſdem luminis obſcurationem, magnas, ac diuturnas in luna ratione luminis fieri mutationes palam eſt.

" ¶ In his verò verbis. ¶ At omnium extrémæ obſcuriſſimęque aeris nos ambientis cõuerſiones in falcatis in curuisq; apparitionibus fiunt, magis autem in curuis, nulla ſiquidẽ in eis magna mutatio, ſicut in falcatis apparet. Quare Aratus ipſas non ab re neglexit, tanquàm obſcuras exiſtentes, conuenit autem eos laudare, qui de his ſcripſerint, tanquam ne vel minimũ quidem omittẽtes. ¶ Et cap. 4. quum dixit. ¶ Plerunque triduo in coitu ſolis remorata planè inuiſibilis eſt, quo nondum hæc terrena immutare poteſt. ¶ Galenus agit non de mutatione luminis lunæ, ſed de mutatione quam facit luna in aere ipſum illuminando, alterandove, & de mutatione quam facit in his generabilibus, & corruptibilibus, dicitque lunã nullas facere mutationes, ac terrena hæc non immutare, dum ipſa ſub ſole moratur, & Soli coniuncta eſt, propterea ꝙ tunc lumen nullũ habet. Quũ igitur hic agat de mutatione, quam facit luna in hęc generabilia, & corruptibilia, ſuperius verò egerit de mutatione, quæ fit in luna ratione luminis, nulla pœnitus erit in Galeno contradictio: in coniunctione enim lunę cum ſole " maxima facta eſt mutatio in luna ratione luminis. ¶ Quippe quæ, inquit, prius apparebat, nunc nulli conſpicitur. ¶ Nulla tamen tunc fit mutatio à luna in his inferioribus, ratione lumi-

nis,quóniā tunc lumen nullū habet. Hæc est(ni fallor)vera Galeni mēs; nostræ huic opinioni adstipulari videtur antiquus ille Galeni interpres,qui librum illum tertium, vt alios,per capita diuidens,inquit.¶ Caput tertiū,in quo ponitur comparatio So- » lis ad lunā,& lunæ ad alias stellas, & lunę ad se,secundū diuer- » sas dispositiones suas. Et. ¶ Caput,inquit,quartū in quo mani- » festatur quando incipit operatio lunæ. »

¶ Nec obstat quòd Galenus superius dixerit. ¶ Luna verò particulares cuiusq; mensis dies disponit, paruę mutationis fa- » cultatem habens. »

Dubitationum & Solutionum, in 3. Galeni de diebus Criticis. Cap. 13.

INstituta series exigit,vt duas alias Galeni sententias, quę ad inuicem pugnare videntur,in mediū afferamus; in eodē itaque de diebus criticis tertio cap.3.verba eius hæc sunt.

¶ At omniū extremę obscurissimęq; aeris nos ambientis cō- » uersiones in falcatis in curuisq; apparitionibus fiunt, magis au- » tem in curuis,nulla siquidem in eis magna mutatio,sicut in fal- » catis apparet. Quare Aratus ipsas non ab re neglexit, tanquā » obscuras existentes; conuenit autē eos laudare qui de his scri- » pserint,tanquam ne vel minimum quidem omittentes. »

¶ In his verbis Galenus Aratum poetam secutus, manifestissimè determinat aerem ipsum vel minimè, vel debiliter à luna alterari,dum curua, falcataque mortalibus apparet,id autem euenit dum iam iam cū Sole congressura, vel ab eo post coitionem recedere incipit,tunc enim & vtrinq; curuā, & corniculatam lunam conspicimus, cur autem tunc lúna vel minimè vel debiliter aerem alteret, in contextu sequenti rationem reddet Galenus cuius verba hæc sunt.

¶ Quod prima apparitio habet occultationi vicinum est,tū- » propter plenilunij particulæ apparentis paruitatem, tum ob » luminis obscuritatem,& breuitatem temporis quo supra ter- » ram fertur. »

¶ Quoniam autem in codice græco stat πανσελήνου, interpres transtulit plenilunij,sed rectius vertisset totius lunæ, nam in nouilunio,quando luna incipit apparere,nō potest esse plenilunium, semper enim est tota luna, non tamen semper est *Galeni locus emendatus.*

pleniluniũ, ſemel.n.ĩ meſe eſt pleniluniũ, gręca igit̃ lectio hęc eſt

¶ καὶ ὁ τῆς πρώτης φάσεως ἐγγὺς κρύψεως, καὶ τῇ σμικρότητι τοῦ φαινομένου τῆς πανσελήνου μορίου, καὶ τῆς αὐγῆς ἀμυδρότητι, καὶ τῷ βραχυχρονίῳ τῆς ὑπεργείου φορᾶς, ideſt.

¶ Et primæ apparitionis tẽpus propinquũ eſt occultationi,
« cũ propter exiguitatem apparentis particulæ totius lunæ, tum
« propter ſplendoris debilitatẽ, & quia exiguo tẽpore ſupra ter-
« ram fertur (antiqua verſio, & clarior, hæc eſt.)

¶ Propter paruitatem eius quod videtur de luna.

« ¶ Horũ verborũ ſenſus (ni fallor) hic eſt, quũ luna poſt coitionẽ apparere incipit, quoniã paruũ, obſcurũq; lumen habet, & parũ etiã ſupra terrã moratur, ob has tres cauſas, occultationi vicina eſt, & propterea, nullã ferè vel debilem alterandi virtutẽ habet, quemadmodũ dũ ſub Sole occultabatur, ob vniuerſam luminis priuationẽ, nihil omnino in hęc mortalia agere po-
« terat, vt dicet ipſe inferius eo in contextu. ¶ Plerunq; triduo in
« coitu Solis remorata planè inuiſibilis eſt, quo nondũ hæc terrena immutare poteſt. ¶ Secundum igitur Galeni ſententiã, quũ luna apparere incipit, vel nihil vel debiliter acrẽ alterat, ſed videamus quid ipſe inferius alijs in locis dixerit, eius verba hæc
« ſunt. ¶ Cæterũ aera nos ambientem magnas afferre mutatio-
« nes, dũ luna primũ occultatur, & rurſus primũ apparet, nemo
« mortaliũ ignorat, maximè ij quibus hoc ſtudij eſt, agricolæ, &
« nautæ, qui ſtatũ aeris tũc vocant, quũ luna primũ apparens vẽ-
« to cuipiã opponitur. Quamobrem Aratus quodã in loco veriſ-
« ſimè ſcribit de luna vbi primum poſt coitionem apparuerit,
« hoc modo inquiens.

« Cynthia ſi cornu, quod ſe ſuſtollit in altum
« Incuruum ſpecie velut annuat adfore cœlo
« Sæua procelloſi prædicet flabra aquilonis.
« Rurſus eò veniet pluuius notus, hanc vbi partem
« Ponè ſupinari conſpexeris, inque recliuem
« Sponte habitum, at ſi lumen tertius ortus
« Proferat, atque deæ conuoluat circulus oras
« Suffuſus rutilo, mox tempeſtate ſonora
« Spumoſum late pelagus caneſcere cernes.

Galenus hactenus ab Arato suo ne trāsuersū q̄dē vnguē discedens, asserit aerē nos ambientem magnas afferre mutationes, dū luna primā occultari, & rursus primū oriri incipit, idq; authoritate etiā agricolarū, nautarumq; cōfirmat, q̄bus dādā esse fidem ob lōgā experientiā mortaliū nemo negaret, laudat aūt Aratum, ꝙ verissime de luna scripserit, vbi primū ipsa post coitionem apparuerit, magnas tūc in aere portendi alterationes. ¶ Is est Aratus lector optime de quo in primo de oratore meminit Marcus Tullius, cuius verba subscribere libuit. ¶ Cōstat inter doctos hoīem ignarū Astrologiæ ornatissimis atq; optimis versibus Aratum de cœlo stellisque scripsisse. Hæc Cicero. »

Quis fuerit Aratus.

¶ Vt mirari quandoque de Galeno liceat, ꝙ in astrologia tantam fidem Arato adhibuerit, quum tamen ipsius ignarus extiterit. Ad hāc tamen contradictionem tollendam Galenus Arati carmina ita interpretatur. Galeni verba hęc sunt. ¶ Non ad omne tempus, qđ ab initio fuit, primæ apparitionis signa sufficere confirmat, sed pleniluniū, eiusq; dimidiū mutationes quasdā afferre. ¶ Cęterū facilius ab Arato Arati sensum, q̄ ex Galeno habebimus. Arati verba hæc sunt.

Sin autem ei cornuum superius aptè nutet, »
Expecta Boream, cum verò resupinet, Austrum. »
Verum quando triduanam totus orbis circumambiat »
Vndique rubens, valde tunc tempestas fuerit; »
Maiore autem tempestate rubentius colorari solet. »
Aspice item ad plenamque & vtrinque dimidiatam, »
Tum crescentem, tum ad cornu rursus euntem, »
Atqu e eius ex colore signa capesce mensis cuiusuis; »
Omnino enim pura cum sit, serenitatem obseruato; »
Omnino verò rubens, conijcito venti meatus; »
Aliàs aliter nigricans, conijcito pluuiam. »
Signa autem non omnibus diebus omnia eueniunt; »
Sed quæ quidem tertio quartoque fuerint, »
Vsque ad dimidiatam; à dimidiata quidem, vsque ad ipsam »
Significant semimenstruam; atq; rursus è semimenstrua, »
Ad dimidiatā decrescentem; habetur verò eius mox quarta »
Mensis decedentis, post hanc autem tertia abeuntis. »

Et

Et quę sequuntur.

¶ Per signa, Aratus intelligit ea omnia, q̃ apparent vel in Luna, uel circa Lunam, quando ipsa post coitionem apparere cęperit exempli gratia. si cornu superius deorsum vergat, vel idẽ cornu sursum promineat, uel colore aliquo Luna suffusa fiat: inquit igitur Galenus quòd Aratus cõfirmat signa primæ apparitionis non sufficere ad omne tempus, quod ab initio fuit, sed plenilunium, eiusque dimidium mutationes quasdam afferre, hoc est. ¶ Siquis rectè quid in uniuerso mense lunari euenturum sit, scire voluerit, non solum perpendat necesse est signa apparentis primæ Lunæ, sed & quæ signa in plenilunio, ac dimidio plenilunij appareant, diligenter obseruet, opus est, propterea quòd unaquęq; lunaris mẽsis quarta propriis signis, à principio vniuscuiusque quartę apparentibus, quid in ea futurum sit, cognoscitur. ¶ Ad apparentem igitur hanc contradictionem respondentes, dicimus quòd Aratus non dicit quando Luna simpliciter apparere cœperit magnam aliquam in aere portendi alterationem, sed quando cum tali vel tali signo post coitionem apparuerit, vt cornu superiore deorsum uergente Boream, eodemmet cornu sursum prominente Austrũ, in prima lunari quarta expectãdũ esse. Subdit postea Galenus.

Verborum Galeni declaratio.

Apparẽtis cõtradictionis Solutio.

" ¶ Cæterum omnis velox mutatio crisis appellatur, & con-
" stitutionẽ Lunæ dum effigiem falcatam maximè repręsentat
" dicunt, deinde ad plenilunium similiter transferunt vocantes,
" hoc enim validas vires occupat, verum semilunaris statio im-
" becillior eo est, & si hæc quoque de aere decernat, quare men-
" sem à Luna immutari secũdum septimanas iam est perspicuũ.

Hæc Galenus. ¶ Dimidium vero plenilunij secundum Galenum hic, fit in fine diei septimæ, sed secundum Astronomos hora nona octauæ diei, tunc enim ex sententia Arati, & Galeni aerem Luna valde alterat, minus tamen, quàm faciat in oppositione.

Verborum Galeni declaratio.

¶ Quãdo igitur luna à coniunctione ad oppositionẽ tendit, quum fuerit in medio inter coniunctionem, & oppositionem, hoc est, quum dimidium plenilunij habuerit, & effigiem falcatam maximè repræsentauerit, tunc constitutio lunæ, seu semiluna-

lunaris statio à Galeno authoritate antiquorum appellatur, quoniam verò tunc luna inferiora hæc multum alterat, ea tamen alteratio breuis, veloxque est, propterea quòd aspectum illum quadratū cito pertransit, ob id à Galeno breuis illa mutatio crisis nuncupatur, & in hoc rectè dixit Galenus hæc est etiam mens omnium Astronomorum asserentium lunam per cœli quartas à sole, vim maximam mortalibus in fluere, & vnaquæque cœli quarta à sole, septem diebus, horis nouem à luna peragratur, prima autem cœli quarta, tetragonus seu quadratus aspectus nuncupatur, quoniam luna per quartam cęli partem à Sole distat, Secunda verò cœli quarta, oppositus aspectus, tertia cœli quarta, tetragonus alius aspectus, quarta & vltima cœli quarta, coniunctio lunæ cum Sole appellatur. Hæc ab Astrologis diligentissimè pertractantur.

¶ Hæc sunt candide lector quæ in tertium Galeni de diebus Criticis, pro veritate adnotauimus, in quibus, si quid veritatis, vtilitatisque est, id Soli Deo acceptum referas. Contra, si quid erroris, rei difficultati, & ingenij mei imbecillitati illud attribuendum putes. Laus Deo. Peroratio.

IOANNIS PLANERII QVINTIANI in eundem tertium Galeni de Diebus Criticis Scholia.

Tollendę omnino sunt quæ videtur in Galeno contradictiones, & mehercle loci nonnulli à diuersis Doctorib. trāslati, fuerūt in causa, vt pugnantes oppositasque sententias Galenus protulisse videretur, quorum primus hic est.

Cap. 3.

¶ Vementiores itaque mutationes eueniunt, vbi ipsa cum Sole coit, insuper in apparitionibus plenilunij, minores his cōtingunt, dum medio orbe apparet, obscuræ, & imbecillæ, dū curuata in cornua ac falcata videtur, nam validissima eorum quæ prius erant, mutatio coitu lunæ, & dum obscurascit committitur, quippe quæ prius apparebat, nunc nulli conspicitur. Galenus.

¶ Agit itaque hic Galenus de mutationibus quæ fiunt in luna ratione luminis, & non de mutationibus, quas facit luna in Ioannes P. Q.

hæc

hæc corruptibilia.

Cap. 3.

Galenus. " ¶ At omnium extremæ imbecillimæq; aeris nos ambientis " conuersiones in falcatis, in curuisq; apparitionibus fiunt, magis " autem in curuis, nulla siquidem in eis magna mutatio, sicut in " falcatis apparet. Quare Aratus ipsas nō ab re neglexit, tanquā " imbecillas existentes, conuenit autē eos laudare qui de his scripserint, tanquam ne vel minimum quidem omittentes.

Ioannes P. Q. ¶ Hic non amplius agit de mutatione luminis Lunæ, sed de mutatione quam facit Luna in aere, ipsum illuminando, & alterando, curua autem & falcata Luna dicitur, cùm coniunctioni propinqua est, vel cùm post coniunctionem apparere incipit, tūc enim vel minimè, vel debiliter aerem alterat. Sed vide oppositum infrà, cum dixit.

" ¶ Cæterū aera nos ambientē magnas afferre mutationes.

Cap. 3.

Galenus: ¶ At in plenilunijs conuersiones, & his adhuc magis in con" gressibus, proprium hoc præter cæteras habent, illæ siquidem " celerrimas statim mutationes faciunt, coitiones vero seu con" gressus inęquales & diuturnas.

(¶ Et tandem concludendo, inquit.)

¶ Ratione igitur breues plenilunij mutationes sunt, diuturnæ coniunctionales.

Ioannes P. Q. ¶ Hic iterum reuertitur Galenus & agit de mutatione luminis Lunæ, & non de mutatione quam facit Luna in hæc corruptibilia.

Cap. 3.

Galenus. ¶ Quod prima apparitio habet occultationi vicinum est, " tum propter plenilunij particulæ apparentis paruitatem, tum " ob luminis obscuritatem, & breuitatem temporis quo supra " terram fertur.

Ioannes P. Q. ¶ πανσελήνου non plenilunij, sed totius Lunæ uertendum erat, multum enim inter vtrumque discriminis, nam hic Galenus agit de nouilunio, quando Luna incipit apparere, ideo tunc non potest esse plenilunium, antiqua uersio & clarior hæc est.

¶ Pro-

¶Propter paruitatẽ eius qđ videtur de luna.¶Nos locũ hunc ita restituimus. ¶ Propter paruitatẽ apparẽtis particulę totius lunę.¶Ita etiã nũc apud Iũtas trãstulit nouus interpres.¶Propter paruitatẽ eius particulæ quæ de tota luna apparet.¶Vide diffusius in nostris dubitationibus & solutionibus cap. 13. »

Cap.4.

¶ Plerunque triduo in coitu Solis remorata planè inuisibilis est,quo nondũ hæc terrena immutare potest. ¶ Noua apud Iuntas traslatio,ita habet. ¶Vt plurimũ tamẽ tribus diebus,qui circa congressum sunt, planè inuisibilis fit, in quibus nõdũ hęc terrena imutare põt.¶Hic Galenus agit,de mutatione quã facit luna in hæc corruptibilia,dicitq; nullas fieri à luna mutationes in his corruptibilibus dũ ipsa sub Sole moratur. Galenus » » » Ioannes P.Q.

Cap.5.

¶Quemadmodũ igitur totũ annũ Sol,ita luna dispónit, ordinat, & distinguit mensem,per septimanas mutatione in ipsa facta,nã à prima apparitione ad dimìdiũ orbẽ,& ab hoc ad pleniluniũ,vtrumuis quidẽ tẽpus dierũ est septem,vtrunque verò quatuordecim.¶Oppositum videtur dixisse Galenus in primũ contextũ Hippocratis primi de morbis popularibus, eius verba ibi hæc sunt.¶Cæterum non sunt pro lunæ ratione menses subducendi quod multis iam græciæ ciuitatibus est solemne, sed pro ratione Solis apud omnes vrbes antiquiores & nationes complures numerantur. Galenus. » » » Ioannes P.Q. » » »

¶ Soluitur.Quamuis luna mensem suum lunarem aliquo modo immutet, simpliciter tamen Sol, & annum,& menses efficit, ordinat, & disponit. Quàm falso autem Theodorus Gaza libello suo de mensibus cap. de mensium vsu Galenum hic taxauerit, nostris in hunc tertium Galeni commentarijs cap.3.demonstrauimus.

Cap.5.

¶ Cæterum aera nos ambientem magnas suscipere & afferre mutationes dum luna primum occultatur, & rursus primum apparet, nemó mortalium ignorat, maximè ij, quibus hoc studij est, agricolæ & nautæ, qui statum aeris tunc uocant, cùm luna primum apparens vento cuipiam Galenus. » » » »

L oppo-

» opponitur, vel, secundùm aliquem ventum stet, Quamobrem
» Aratus quodam in loco verissimè scribit de luna, vbi primum
» post coitionem apparuerit. &c.

Ioannes P. Q. Vide oppositum supra, cùm dixit. ¶ At omnium extremæ imbecillimæque aeris nos ambientis conuersiones, in falcatis
» in curuisque apparitionibus fiunt. &c. ¶ Et quod prima appa-
» ritio habet, occultationi vicinũ est, cũ ꝑpter paruitatẽ apparen
» tis particulę totius lunæ, &c. ¶ Soluitur nam non dicunt hic Aratus & Galenus quãdo luna simpliciter apparere cœperit, magnas tunc in aere portendi alterationes, sed quando cum tali, vel tali signo post coitionem apparuerit, vt cornu superiore deorsum vergente Boream, eodemmet cornu sursum prominente, Austrum expectandum esse. Hęc diffusius nostris in hũc tertium Galeni commẽtarijs declarauimus. De hoc autem Arato in primo de oratore meminit M. Tullius cuius verba ibi hæc sunt.
» ¶ Constat inter doctos hominem ignarũ Astrologiæ orna-
» tissimis atq; optimis versibus Aratũ de cœlo stellisq; scripsisse.

Cap. 9.

Galenus ¶ Cùm ergo apparitionis manifestæ & efficacis tempus sit dies vigesimus sextus, & dimidius, Signiferi verò circuitus ex-
» pleant vigintiseptẽ dies cum tertia vnius parte, liquet medium
» ipsorum fore vigesimum sextum diem, ad hæc dimidiũ, & ter-
» tiam maximè & duodecimã vnius diei partem. Siquidem vbi
» vtroque tempore coniuncto dimidium acceperis, medium ip-
» sum inuenies. at hoc tempus medium à viginti septem diebus
» duodecima maximè vnius diei parte deficit, quia si in quatuor
» ipsum diuidas, exactum septimanæ tempus offendes, &c.

Ioannes P. Q. ¶ Hic est illæ Galeni mensis, vigintisex diebus, & viginti duabus horis cõflatus, medicinalis à recentioribus nuncupatus, à Conciliatore primum, mox à Ioanne Pico, & Manardo derisus, & à nobis etiam nostris in hunc tertium Galeni dubitationibus & solutionibus explosus.

Laus Deo.

CON-

CONSILIVM PRO QVODAM NOBILI Viro laborante emicrania. Polypo in nare dextra, & ventositate ac rugitu in ventre inferiori Viennæ

MAgnificus iste Vir patitur diuersa symptomata, & primo patitur emicraniam in latere dextro, cum tumore in nare dextra, prohibente transitum materiæ Catarrhalis à capite descendentis, & hoc est symptoma de quo ipse magis conqueritur & dolet.

Est & aliud symptoma, ventositas scilicet & rugitus in ventre inferiori in latere sinistro. Iam est vnus annus quòd ipse assumpsit decoctum ligni indici, decoctum inquam vini, credens se lue gallica esse infectum, attamen ex illo decocto non fuit penitus absolutus ab istis symptomatibus.

Ego, ut breuibus agam, non aliter discurram supra temperiem naturalem, quæ certè ex signis datis à Galeno in 2. artis paruæ calida est & humida, & propterea sanguinea, corpus enim vniuersum carnosum, musculosum, & satis procerum, magnitudo præterea venarum, & arteriarum cum sanguinis abundantia, pectoris etiam & thoracis amplitudo, & anhelitus facilitatio, arguunt temperiem naturalem esse calidam, & humidam. Hactenus de temperie naturali, nunc circa dispositiones præter naturam insistendum, & primo quantum ad emicraniam & tumorem illum cum excrescentia carnis in nare dextra, crediderim ego corpus hoc non omnino immune esse à lue illa gallica, quam contraxit iam ante aliquot annos, & si in membris genitalibus nullæ apparuerint vel pustulæ, vel bubones, virus enim illud ex coitu quandoq; contrahitur, nulla tamen apparente in genitalibus vel corrosione, vel exulceratione, & propterea, & emicrania, & carnis illa in nare dextra excrescentia, & reliqua omnia symptomata pendent, atque originem habent à lue illa gallica. Quoniam verò caput hoc excrementosum est, propterea transmittuntur materiæ catarrhales, & descendunt ad locum illum lesum, & sic continuè crescit intemperies, & augetur tumor ille, & excrescentia carnis in nare dextra, quæ propriè à Doctoribus Polypus nuncupatur. Habi-

ta notitia morbi, deueniendum est ad curam, quæ complebitur in debito regimine cibi,& potus, in somno & vigilia, motu, & quiete, in digestione,& præparatione materiæ peccantis, cũ euacuatione eiusdem, vltimò cum reiterata potione ligni indici, in aqua, & non in vino facta, ac tandem manu chirurgica ad Polypum admota, Magnificentia igitur sua nullum committat errorem in cibo,& potu, comedat carnes facilis concoctionis,& boni nutrimenti, qualis est vitulina, atque eas potius elixatas, q̃ assatas, propterea ꝙ facilius concoquuntur & digeruntur, oua etiam recentia sorbilia conueniunt. De potu autem, bibat vinum non quale opus esset, sed quale potest habere, nam hic Viennæ nullum aliud est vinum, nisi album, quod tamen minimè conueniret, propterea quòd pręcipitat materias ad loca lesa. Conueniret igitur vinum rubeum clarum quale habẽmus in Italia, In somno etiam, & vigilia, mótu, & qũiete seruet modũ quum omnis, excessus, & defectus sint præter naturam. Quantum ad medicinalia, Si ego respicio ad materiam illam catarrhalem descendentẽ à capite ad polypum, seu ad nares, & ad reliqua membra inferiora, quum talis materia sit frigida, & humida, propterea in digestionẽ talis materiei conuenirent Syrupi calidi & humidi, & non calidi & sicci, quoniam digestio fit à calido & humido, & non à calido & sicco, vt uoluit Aristoteles in 4. Meteorologicorũ, & vt rectissimè dicebat præceptor meus Montanus, qui in curatione quartanæ reprehendebat illos qui exhibebant Syrupum de fumo terræ, qui Syrupus est calidus & siccus, quum potius conueniat calidus & humidus, & propterea cum Syrupis calidis, admiscebat ipse Syrupum violatum, qui est humidus. Séd de his hactenus. Si autem respicio ad intemperiem illam iocinoris introductam à lue illa gallica, quum talis intemperies quamuis per se, sit calida, & sicca, per accidens tamen est frigida, & humida, propter extinctionem caloris naturalis, quemadmodum dicimus de corpore senili, quod per se est frigidum, & siccum, per accidens tamen est frigidum, & humidum, propterea quòd in ipso abundant superfluitates & humiditates catarrhales, propter extinctionem caloris naturalis. A simi-

Primũ notandum.

si etiam ego dicam de intemperie ista iocinoris, quæ per accidens est frigida, & humida, & generat sanguinem aquosum, syrupi igitur conuenirent calidi & humidi, vel potius temperati, sicuti est syrupus de endiuia qui valet in vtraque materia. Conueniret etiam syrupus de Lupulis qui purificat sanguinem. Conueniret etiam syrupus de pomis in quo ingreditur eleborus propter materias adustas, & non propterea ꝙ eleborus sit calidus, & siccus, vt superius diximus, sed propter proprietatem repertam in eleboro, quæ de directo opponitur illi intemperiei iocinoris, sicuti dicimus de ligno guaiacano, quod est calidum & siccum, & curat etiam morbum gallicum, qui est calidus & siccus. Conueniret igitur iste syrupus de pomis, cum quo solo syrupo dicebat alius præceptor meus Hieronimus Eugubius dum praxim medicinæ Patauij in primo loco profiteretur, se multos curasse à morbo gallico. ego itaque sic ordinarem.

Recipe syrupi de Pomis cum eleboro vnciā vnā, de Endiuia, de Lupulis ana vnciā mediā, aquarum Endiuiæ, Lupulorum, Buglossæ, ana vnciam vnam. Misce pro syrupo. Continuato isto syrupo per aliquot dies, & apparentibus signis digestionis in materia eam euacuarem. Quoniam verò materia peccans catarrhalis, quæ est in capite frigida est, & humida, crassa, tenax, & viscosa, propterea in eductione talis materiei conueniret agaricus. Ad intemperiem autem illam iocinoris frigidam & humidam per accidens, conueniret rabarbarum, Quoniam verò medicamenta ista exoluentia non exibentur sola, sed admixta cum lenientibus, ita quòd medietas dosis sit exsoluentium, reliqua alia medietas lenientium, propterea sic ego ordinarem.

Recipe Diacatoliconis, vel electuarij lenitiui vnciam vnam.
Agarici præparati.
Reubarbari, ana drachmam vnam.
Spice, grana tria. Infundatur rabarbarum cum spica in modicó aquę endiuię, & parum vini maluatici,

uatici, per x. horas secundum artem, & fiat fortis expressio, & cum decoctione communi florũ & fructuũ, vel decoctione pectorali, dissoluātur omnia, & fiat potus. Apposui autem Diacatoliconem, vel ellectuarium lenitiuum, quoniam duo hæc ellectuaria educũt materias crassas, viscosas, & tenaces existentes in vijs latis, stomaco scilicet & intestinis, cassia autẽ magis educit materiam subtilem, & biliosam, quàm pituitosam.

Facta hac euacuatione vniuersali, ego iterum accederem ad digestionem eiusdem materiæ cūm suprascripto syrupo per aliquot dies, deinde accederem ad euacuationem particularem eiusdem materiæ existentis in capite, cum pillulis ieræ cum agarico Mesue, & de reubarbaro Mesue. ¶ Et propterea malè operantur medici, qui nulla prius facta digestione, & euacuatione vniuersali, statim à principio morbi, euacuant cum pillulis fortiter exsoluentibus, quum semper in morbis, euacuationem particularem præcedere debeat euacuatio vniuersalis.

Secundum notandum

Ego itaq; sic ordinarem. Recipe pillularum ieræ cum agarico Mesũæ de reubarbaro ana scrup. ij. Cũ syrupo de betonica vel melle rosato fiāt pillulę q̃nque capiat in mane Facta hac secũda euacuatione particulari, permitterem Magnificentiam suã quiescere per duos vel. 3. dies, exibẽdo interim, vel zucarum rosatum, vel diabuglosatum, vel boraginatum, vel conseruam de betonica, per horam ante cibum, pro confortatione ventriculi, postea accederem ad exhibitionem decocti ligni indici, in aqua, & non in vino, quoniam decoctum illud ex vino, propter ligni, & vini caliditatem & propter etiam decoctionem, acquirit maximam caliditatem, & sic ex tali decoctione in tali decocto introducitur maxima caliditas, quæ adurit epar, vt rectissimè dicebat Montanus, & propterea in præterita, & præcedenti illa sua ligni in vino potione ipsum grauiter errasse crediderim, nam talis vini decoctio, non in corpore iuuenili, sed in senili, & luæ gallica consumpto, ac marcido conueniret. Continuata itaque hac ligni indici in aqua potione, per 30. plus minus dies, factis interim pluribus euacuationibus, si ipse non liberabitur, consulerem vt fieret illi cauterium in parte domestica propè cubitum brachij dextri, tále enim cauterium esset

Tertiũ notandum.

secũndum

ſecundum rectitudinem iuxta regulam traditam à Galeno 13. methodi,& in libello de ſectione venæ, quòd ſi ipſe abhorreret cauterium,ſaltem veſicatorium ibi conducerem, illudque con tinuè apertum permitterem,ex tali enim cauterio, vel veſicato rio,materia illa quæ traſmittitur ad narem dextram,ad foramē illud deriuaretur, atque extra corpus educeretur, quòd ſi nec cauterium,nec veſicatoriū ipſum liberaret, tunc ad manū chirurgicam deueniendum eſſet, Habēt enim chirurgi ſuum (vt vocant)præcipitatum quod iniectum in nares prohibet carnis excreſcentiam,habent & aquas cauſticas,celebrant & vtriusq; Dracunculi ſuccum in nares iniectum, Cæterum confiderem ego magis in cauterio vel veſicatorio propè cubitum facto, Si etiam haberemus balnea illa ſulfurea, qualia ſunt in Italia Patauina, conſulerem vt ante aſſumptionem decocti ligni indici, & mundato,& euacuato prius corpore,tum ſectione venæ,tū pharmaco,ipſe exciperet cadentem in vertice guttam,in coronali ſcilicet commiſſura, quoniam fomes, & origo iſtius affectus,qui eſt polypus,caput eſt excrementoſū, craſſis,viſcidisq; humoribus repletum,ac leui lue gallica infectum.

Ego Ioannes Planerius Quintianus inter artium & medicinæ Doctores minimus ita conſului, ad laudem Ieſu Chriſti, & Virginis eius matris,ſaluo tamen conſilio rectius ſentientis.

IOANNES PLANERIVS QVINTIANVS Aegidio Girello

COgitabam his diebus Aegidi humaniſſime quib. nam remedijs tibi potiſſimum auxiliari poſſem,cumq; multorum ſcripta euoluiſſem,decoctum maluæ,& altheæ epotum huic tuæ ægritudini conuenire inueni, nam decoctū hoc & aſpera lenit,& excrementa in renibus & uijs ductuū detenta,per vias vrinæ educit:Sed & lac caprinum, magis tamen ouinum à Doctoribus commendari video, ſua enim pinguedine humores acres lubricat,'& vaſa vrinæ acredine exulcerata, ne erumpantur,veſtit,munit,ac defendit:ſicque vrina facilius, & ſine dolore extra corpus expellitur: aquam etiam mulſam tam in cœna q̄ in prandio, loco vini epotam, mirum in modū

opitu-

opitulari video, vrinam copiosè effluentem, quod & ipse sæpe expertus sum, reddit: mel enim vias aperit, humores omnes crassos, & tenaces abstergit. Quare Romanus ille cùm ad senectutem vsque inculpata semper valetudine peruenisset, interrogatus, quibusnam remedijs vsus esset? respondisse fertur, intus mulso, foris oleo: potabat bonus ille Romanus, spreto vino, aquam mellis. Sed & ptisanam ordeaceam in prandio assumptam, multum conferre puto, membra spiritalia, & naturalia humectat, lenit, aluum lubricam reddit, vrinam facilitat. Hæc sunt mi Aegidi tuæ inualetudini facillima, & præsentanea remedia, quibus si sępe vsus fueris pristinā salutem certissimè cōsequèris. neq; enim credas calculo te laborare, qui.n.tali infestantur morbo, pondus in lumbis, si lapis in renibus, vel in poris vritidibus adest. Si verò in vesica, pondus inquam grauitās ibi sentiūt, tu nullum horum sentis, nam in incessu grauedo aliqua adesset. Præterea si lapis esset in vesica, sabulum & arena in fundo vasis vrinæ appareret, vt ait Hippocr. 4. aphoris. 77.

" ¶ Quibus in vrina crassa furfurea quædam simul exeunt, his
" vesica scabie laborat. ¶ Et 79. ¶ Quibus in vrina desident are-
" nosa, ijs calculo vesica laborat. ¶ Galeni verba in cōmento hæc sunt. ¶ Siue enim in renibus, siue in vesica calculi generentur,
" vnà cum vrinis exeunt arenosa. ¶ Præterea si lapis esset in vesica, siringa inuentus fuisset. Sola igitur iecinoris & renum intemperies calida, ea est quæ humores adurit, adusti virtutē expulsiuam, ad intempestiuam, & immoderatam vrinæ excretionem guttatim sæpe irritant. 6. de locis affectis cap. 4. Galeni ver
" ba hæc sunt. ¶ Vesicę accidens proprium, iscuria, idest vrinæ
" retentio. Stranguria, idest vrinæ stillicidium, seu immoderata vrinæ excretio. ¶ Est & tertia species morbi, de qua Galenus nullam mentionem fecit, ab Aetio & Alexandro Tralliano, disuria nominata, Aetij verba sermone xj. cap. 19. hæc sunt.
" ¶ Disuria dicitur, cum meiere æger cupit, & cum vi vrinæ ex-
" cernuntur. Stranguria autem appellatur, cum paulatim & gut-
" tatim vrinæ destillant, & assiduam ad mingendum irritationem
" faciunt, &c. Et cap. 21. ¶ Iscurię, hoc est vrinæ suppressæ affe-
" ctionem, etiam ipsum nomē declarat, ægris enim in totū vrina

supprimitur,

supprimitur, ac cohibetur, &c. Traliani verba lib. 3. cap. 37. hæc sunt. ¶ Quibusdam lotium interdũ subtillũ fit (quod vitiũ græci » στραγγουρίαν dixerunt) vbi accuratè considerandũ est, si vrinę acu- » minis quidpiã in se contineant, & vniuersus corporis habitus » ex acrimonia, & bile constet, atq; tũ omni conatu insistendum » acredini, quæ vellicando vrinæ stillicidiũ efficit. Si verò nihil ho- » rũ neq; quicquam eiusmodi infestarit, sed contraria omnino ra- » tione eueniat, lotiũque redditur candidius, & languidus edu- » lijs balneisq; vsus est frigidis, è gelida intemperie stranguriam » originem trahere censeto, sicuti illã superiorẽ ex calida vrinæ » temperatura praua, &c. Et cap. 38. ¶ Multo conatu vrina (quod » malũ à græcis δυσουρία vocatur) interdũ non sine magno crucia- » tu, interdũ citra dolorẽ effluit. Si enim ægre id, vel toto cana- » le obstricto nihil fluit (quę propriè ἰσχουρία est,) cũ ingenti dolo- » re vesicã affligi existimandũ est, & si citra grauitatẽ cũ immen- » sa vellicatione, ac stimulo punctura ve id mali afficiat, hulcus » vesicã tentasse iudicare oportet, sin grauedo pariter molesta- » rit, euidentius id & longè certius, phlegmones siue abscessus » indicium esse putato, &c. Hactenus Aetius & Tralianus. ¶ Si autẽ » affectus iste tuus proueniret ab humoribus frigidis, crassis, & tenacibus vias vrinæ obturantibus, tunc Doctores isti græci laudant decoctũ quinque folij, vel betonicę, vel asparagi, vel Peoniæ, vel agrimoniæ, vel feniculi, vel petroselini, laudat etiã Tralianus decoctũ rafani, quod ego non probo, nã decoctũ hoc nimia caliditate febrẽ induceret. Cæterũ decoctiones istę nõ debent exhiberi, nisi prius facta fuerit ventris lenitio cũ medicamentis lenientibus, vt cũ cassia, vel cũ electuario lenitiuo, vel cũ diasebesten simplici, & similibus, quæ habent educere humores crassos, in stomacho, intestinis, & vijs latis existentes, facta igitur prius ventris lenitione, accedendũ est ad assumptionem istarũ decoctionum. ¶ Supprimitur etiam quandoque vrina propter excrescentem intrinsecus carnem canale vrinæ obturantẽ. ¶ Benedictus Victorius Fauentinus, olim pceptor meus, in facultate medendi clarissimus, quẽ ego Patauij publicè profitentem per sex annos audiui, in sua empirica cap. 44. vbi agit de calculis renũ, facta prius lenitione ventris cũ medicamen-

tis lenientibus, vt supra, si lapis adsit vel in renibus, vel in poris vritidibus, vel in vesica, ordinat multa remedia, vide ibi. Quoniã autem calculo tu non laboras, propterea neque illa remedia tibi sunt tentanda, sed solũ ea, quæ dissuriã, vel stranguriã, vel iscuriã, quibus tu laboras, remouere possint: atque ex omnibus suprascriptis remedijs, quæ tibi faciliora erũt, eliges. Persisterem itaque ego in illis decoctionibus superius à me enumeratis. fac igitur periculum, ac bono sis animo, spero enim te breui cõualiturum. Precor autem Deum Optimũ Maximum vt eam sanitatem tibi largiatur, quã ego & anhelo, & summis votis opto. Vale amicorum amicissime Datum ex ædibus nostris, idibus februarij. 1571.

COLLEGIVM QVOD EGO FECI VIENNÆ cum Doctoribus Regijs, pro muliere laborante tumore in ventre inferiori, & etiam dolore capitis.

Excellentes Doctores.

Affertur nobis casus & cognitione, & curatione difficilis, mulier ista patitur diuersa symptomata, patitur primo tumorem in vẽtre inferiori supra pubem, & infra vmbilicum, & incipit in latere dextro, & tendit ad latus sinistrum, si comprimatur manu. Præterea tumor iste affligit solum in nocte, in die verò euanescit, & propterea oritur pulcherrimum problema, propter quid in nocte, & non in die tumor iste appareat?

¶ Secundum symptoma est emicrania, dolor scilicet capitis modo in dextra parte, modo in sinistra, & modo in vertice, in summitate scilicet capitis.

¶ Ista sunt duo syptomata qbus nobilis ista mulier vexatur, & conqueritur, Hactenus de symptomatibus & affectibus, nũc à nobis causæ & primitiuæ, & coniunctæ sunt inuestigandæ, & inquirendę.

¶ Fuerũt nonnulli, qui dixerunt, ꝙ tumor ille prouenit ratione matricis, & quòd ventositas illa prouenit, & generatur in matrice, fundamentum huius opinionis fuit, quoniam videbant

bant isti, ꝙ mulier ista non concipit nec generat, neque etiam fluunt menstrua in debita quantitate, & propterea dicunt ipsi matrix est affecta,& lesa,& in ea generatur ventositas,quæ postea causat istum tumorem. ¶Opinio ista domini non videtur esse tuta, quoniam ex anathomia constat, ꝙ matrix ipsa inter intestinum rectum,& vesicam sita est, & propterea non potest pertingere vsque ad mirach,seu abdomẽ, & ad locum lesũm, & propterea teneo ego ꝙ lesio non sit in matrice,ꝙ autem non effluant menstrua in debita quantitate, hoc non est mirum, nam in mulieribus non generantibus,nec concipientibus non effluunt menstrua in debita quãtitate propterea ꝙ vię sunt angustæ & strictæ, & pauca etiam materiæ menstrualis quantitas in ipsis generatur.Quòd etiam matrix ipsa non sit lesa,signum est,quoniã mẽstrua ordinatè effluunt, statis enim temporibus effluunt,quòd autem non generet,nec concipiat, hoc non necessario demonstrat supra affectum matricis, impedimentum enim potest esse ratione viri, & ꝙ nõ fiat generatio, propterea quòd semina vtriusq; non concurrant, vt voluit Aristoteles in libris de generatione animalium, & Galenus in libro de semine, & propterea nos videmus multas fœminas non concipientes,sanas,& optimè degentes.

¶Redeundo itaq; vnde digressi sumus,dico ꝙ affectus & tumor iste prouenit ratione fractionis siphac,seu peritonei,& est inuolucrũ illud,quod inuoluit ipsa intestina, fractum enim est peritoneum, & dicunt Arabes ꝙ quum rumpitur siphac,intumescit mirach, tumor ille in hac muliere non prouenit, propterea ꝙ intestina effluant per fracturam illam, & eleuent mirach,seu tegumentum illud vltimum, quod constat ex musculis longitudinalibus,latitudinalibus,& transuersalibus,quoniam si hoc esset, tumor ille non iret de vno latere in aliud latus, sed permaneret in eo loco vbi est lesio. Et propterea crediderim ego, ꝙ tumor iste proueniat ratione ventositatis, quæ continuè & continuè generatur à materia illuc transmissa,sciunt enim excellentiæ vestræ ex Galeno in libris de potentijs naturalibus,& de morborum differentijs,& de symptomatum causis,& millies apud Galenum ꝙ membra fortia trãs

mittunt materias ad membra debilia, lesa, & ignobilia, & propterea semper transmittitur noua materia, ex qua etiam semper generatur noua vētositas, quę in nocte genita, in die postea exercitio resoluitur. Generatur etiā ventositas ista a diminuto, & debili calore, vt voluit Aristoteles in 2. & 4. meteorologicorū, in loco enim leso calor naturalis est diminutus & debilis.

COLLEGIVM QVOD EGO FECI VIENNAE cum Doctoribus Regijs, pro quodam Aulico.

Excellentes Doctores,

AVlicus iste ægrotans mensibus elapsis apud me sępe cōquestus est de dolore sciatico, & pluries assumpsit syrupū solutiuum acceptum à Doctore Dōzelino, & ipse habuit à Montano, in quo syrupo ingreditur heleborus, & alia etiam simplicia exsoluentia. Et propterea vt liberaret se à dolore sciatico, sępe assumebat istum syrupum. ¶ Iam sunt etiā fermè 20. dies ꝙ ipse assumpsit ter, 4. istum syrupum & eduxit infinities, postea assumpsit etiam pharmacū, quod & ipsum eduxit infinities, Ego interrogās hominem cur tot syrupos & tot medicamenta assumeret propter sciaticam? Ego (inquit) mi doctor non propter sciaticam solum, sed propter aliam longè deteriorem ægritudinem, assumpsi & syrupos & medicamentum, & propterea ego tibi communicabo secretum vnum, Alui (inquit) & educaui Scortum per aliquot menses, & post multos amatorios, & meretricios congressus, secuta est corrosio in pudendis, postea etiam secuti sunt bubones in inguinibus, in ea parte in qua apparuit illa corrosio, secuti etiam sunt dolores vehementes capitis, & propterea quū ego timeam ne sim infectus morbo gallico, volui omnino purgare me, & postea assumere decoctum ligni indici, assumpsi etiam drachmam vnam thiriacę, vt defenderem me ab illo veneno morbi gallici.

¶ Ista sunt excellentes Doctores quę hactenus peracta sunt, Quæ vero postea secuta sunt, nunc audietis, post igitur assumptionem & syruporum exsoluentium, & medicamenti, & etiā

thi-

thiriacæ secuti sunt rigores, qui erāt indicia futuræ febris, quæ & ipsa postea die sequēti superuenit cū inquietudine, & vehemēti dolore capitis, & durauit ꝑ 2. vel 3. dies, & q̄a post assumptionem thiriacæ, ipse assumpsit etiā decoctum ligni indici, propterea iussi ego vt desisteret à potu illius decocti, & sic sublata etiā fuit febris, sed secuta sunt deliria, quibus nunc maximè infestatur, dolor etiā capitis adhuc infestat, sed nō ita sicuti prius. Quæ aūt sit causa istius delirij nunc à nobis est inuestiganda.

¶ Multiplex domini est causa istius delirij, Prima igitur causa est inanitio, ob nimiam euacuationem præcedentem, sciunt enim excellentiæ vestræ ꝙ nimia euacuatio arefacit & exsiccat corpus, ad quam arefactionem & exsiccationem sequuntur insomnia, & ad insomnia sequuntur deliria.

¶ Secunda causa istius delirij est dolor vehemens capitis, qui quidem dolor ꝓuenit propter infectionem morbi gallici, teneo ego hunc hominem omnino infectum esse, nam post coitū per 15. dies post, prouenerunt isti dolores in capite, sicuti etiam videmus in aliis laborātibus tali morbo, in quibus apparent dolores capitis. ¶ Tertia causa istius delirij est vehemens, & fortis cogitatio, & tristitia, & verecūdia, quā ipse habet, propter infectionem morbi gallici, ipse enim in has querelas sæpe prorūpit, o, me miserum, & infelicem, quā causam afferā ego liberis, & vxori meæ istius infectionis? & ego etiā inficiā meam vxorem, & propterea quū ipse maximè verecūdet, & tristetur, ꝑp illā infectionē morbi gallici, secuta etiā sunt deliria, sed quid agendum? Dñi sciūt excellentiæ vestræ ꝙ morbi de inanitione tolluntur repletione, sicuti econtra, morbi de repletione tolluntur inanitione, contraria enim contrariis curantur. Et propterea quum iste & per sectionem venæ, & per medicamēta satis superq; fuerit euacuatus, non indiget amplius alia euacuatione, sed potius restauratione, permitterem itaque hunc egrotantem sic quiescere, & nutrirem ipsum cum bono & pingui contuso, & cum ouis recentibus, & sorbilibus. Præterea facerem frictiones in extremitatibus totius corporis, ad diuertendū vapores qui eleuātur ad caput, & causant dolores, & deliria. Facerem etiā Lotiones cū vino, & herbis odoriferis, in brachiis & pedibus, & coxis.

De cibò diximus, de potu autem, quoniam ipse non potest abstinere se à vino, ego exhiberē vinum simul cum aqua linfatum, quoniam aqua pura nocet stomaco & destruit virtutem digestiuam stomaci, vinum etiam purum repit, & effumat ad caput, & causat alienationes & deliria: facta per cibum & potum corporis restauratione, accederem iterum ad exhibitionem decocti ligni indici.

COLLEGIVM QVOD EGO FECI VIENNAE cum Doctoribus Regijs, pro quodam Comite. Excellentes Doctores

IAm sunt 20. dies quòd Magnificus iste Comes incidit in febrem, quam iudicauimus esse tertianam, nā ex modo periodicādi de tertio in tertium, & ex alijs signis traditis à Galeno in primo ad Glauconem iudicauimus esse tertianam, quamuis non esset tertiana illa simplex & exquisita, nam in fęcibus & excuntibus mutatis apparebant etiam multæ materiæ pituitosæ admixtæ simul cum illis humoribus biliosis.

¶ Causæ istius febris tā extrinsecæ, & procatarticæ, quàm intrinsecæ & coniunctæ, sunt à nobis inuestigandæ, causæ extrinsecæ est aer ambiens, fuit enim aer feruentissimus & ardentissimus, sunt enim dies canniculares, in quibus generatur materia biliosa & cholerica. Preterea exercitium tam matutinū quā vespertinum, exercitium enim exsiccat corpora, sicuti & ieiunium, causæ intrinsecæ & coniunctæ est materia ipsa biliosa, genita etiam à temperie naturali, quæ à prædominio est sanguinea, à subdominio autem cholerica. Sed hic oritur difficultas de tēperie naturali istius corporis, an sanguinea, vel cholerica? nam magnitudo & proceritas corporis arguit potius temperiem naturalem esse sanguineam, quàm cholericam, quādo enim calidum agit in humidum dilatat secundum omnes dimensiones, in longum, latum, & profundum, & tunc resultat corpus procerum, quale est hoc, Sed si calidum agat in siccū, non potest dialatare secundum omnes dimensiones, & sic resultat

sultat

fultat corpus breue, & cholericum.

¶ Sed rationes istę patiuntur etiā instantiam: nam breuitas, vel proceritas corporis non proueniunt ratione qua calidum agat in humidum, vel siccum, sed proueniunt ratione multitudinis, vel paucitatis materiæ seminalis, nam si nunc generetur Socrates; & in tali generatione aderit multa materia seminalis, Socrates erit procerus, sed si aderit pauca materia seminalis, Socrates erit paruus, & propterea complexio sanguinea ita stat sub paruitate & breuitate, sicuti sub magnitudine & proceritate, Ecōtra, complexio cholerica ita stat sub magnitudine & proceritate, sicuti sub paruitate, & breuitate, Sed ista sunt de relinquenda theoricis & philosophis.

¶ Venio nunc ad signa tradita à Galeno quibus nos possimus venari temperiem naturalem, nam ex Galeno secundo artis paruæ, & quarto de tuenda valetudine habemus, quòd color corporis arguit qualis sit temperies, arguit quinetiam quales in corpore exuberant humores, flauus igitur ille color & aureus in hoc corpore, tum in pilis, tū in cute arguit temperiē naturalem esse sanguineam. Præterea magnitudo venarum & arteriarum cum abundantia carnis, & sanguinis, arguit cōplexionem sanguineam potius, q̃ cholericam, ratione tamē aeris ambiētis, & æstatis effecta est cholerica p accidens.

¶ Hactenus de temperie naturali, & de dispositione præter naturali, quæ prius erat tertiana non pura, venio nunc ad ea, quæ à nobis peracta sunt, primis igitur illis diebus considerata prius vrina, quæ erat rubea clara, consideratis etiam egestionibus, ego simul cum sua excellentia venam dextri cubiti iecorariā secuimus, & extractæ fuerunt vntię sex sanguinis, exhibuimus etiam syrupos appropriatos de Endiuia, de Cicorea, de lupulis, procedente autem tempore, exhibuimus etiam mannam, cum diacatolicone, & eduxit feliciſſimè secutaque est bona ventris lenitio, qualem describit Hippocrates in Aphorismis. ¶ Si qualia oportet purgari, confert, & leniter ferūt. ¶ Sed quoniam Magnificentia sua credidit euacuationem factam p sanguinis missionem fuisse parcam, & debilem, propterea voluit vt denuo secaretur sibi vena eadem basilica, & sic extractæ

fuerunt tres vnciæ sanguinis,& exhibiti etiã fuerũt syrupi & im posita enemata. ¶ Quoniam vero pseuerat adhuc ista febris,& siccitas etiam in lingua,& palato multum molestat,propterea crediderim ego febrem hanc, potius esse de genere continuarum, quàm intermittentium, & esse tertianam continuã, quæ habet excrescentias de tertio in tertiũ, nam hoc corpus non est omnino à febre immune,nã siccitas illa, & ariditas tũ in lingua tum in palato,arguit caliditatẽ continuã,& adurentẽ,à febre cõtinua pendentem. ¶ Sed quid ageres tu in curatione istius & febris, & symptomatum etiam consequẽtium ad febrem? Quantum ad febrem,quia adhuc remãserũt materię biliosæ, & pituitosæ,quas videmus in exeuntibus mutatis, propterea accederem ego iterum ad exhibitionem mannæ cum diacatolicone, & persisterem in istis lenientibus,neque ascenderem ad exsoluentia medicamenta; post igitur duos vel tres dies exhiberem mannam simul cum diacatolicone. ¶ Quantũ ad illud symptoma, quod est siccitas, & ariditas in lingua, & palato, ego ad remouendam talem ariditatem, & siccitatem exhiberem syrupum violatum sine aquis, vel zuccharum violatum vel julep violatum sine aquis,factis istis purgationibus & euacuationib. postea corroborarem membra principalia,& præcipuè stomachum cum zuccharo rosato, cum diarodon abbatis, extrinsecus autem facerem inuntiones supra stomacum cum oleo masticino,de citonijs, de absintio.

Diebus sequentibus in eodem ægrotante.

Excellentes Doctores,

HEri vesperi post discessum excellentiarũ vestrarũ, aduentãte nocte,Magnificũ hunc Comitem inuasit rigor,& frigus,postea calor,sine tñ somno,& sudore, Cessante autem calore,iterũ inuasit eum frigus, postea calor,cum somno profundissimo,& sudore etiã copiosissimo per vniuersum corpus ab vmbilico supra. ¶ Hinc domini oriuntur duo pulcherrima problemata, Primum, propter quid est,quod in priori paroxismo nullus secutus sit somnus,nullusque sudor,in 2. autem paroxismo secutus sit somnus, secutus quinetiam sit sudor copiosissimus? ¶ Quantum ad hoc primum problema, puto duas esse

Primum Problema.

Prima Solutio primi problematis

causas

52 622 40